sistit etiam in corporalibus ut in servitute et habi-
Natura Comodatj
tatione et ceteris. Ea vero que usu consumuntur
ut pecunie vestes frumentum oleum et vinum
comodari non poterunt quia restitui non possunt
eadem et talia qualia comodantur. Sed ad hoc
comodantur pecunie ut divitum pompe amplius
ostendantur aut etiam opera pietatis exerceantur.
Etiam ad hoc comodantur famulis pecunie ut pe-
divitis gratia minacionis loco intercedat. Natura
Qualis actio oriatur ex contractu Comodatj
comodati est ut ipsa res comodata talis reddatur
qualiter est concessa. Immo nec res nostras et etiam ali-
enas nobis concessas aut comissas et hec res omnes
restitui debent ut concesse fuerunt. Immo si fur aut
predo accomodante erit habet accomodati actionem
si predata aut furata ei integraliter non restituatur.
Hoc tamen fallit in tribus casibus scilicet ubi dominus
rei cum ipso fure currat vel predone currat vel si
pretor in sua potestate habens furtum intercederet vel
si res accomodata accomodatarie fuerit. Differentia
Differentiæ tres
triplex est inter mutuum et accomodatum. Prima in mu-
tuo eadem res non redditur sed similis. In comodato vero
eadem. Item mutuo quocumque casu fortuito adve-
niente semper requiritur restitutio. In comodato
vero exactissima diligentia custodiende rei pre-
stite videtur quod non teneri nisi sua culpa ille casus
evenisset. Item in mutuo transfertur rei dominium.
Quib. casib. non dat. actio Commodati
In comodato vero non. Sunt autem casus fortuiti
incendium naufragium latrocinium aliorum hostium

Incursus et ruina Oritur vero ex contractu co-
modati actio ~~contra~~ directa et contraria Actio Oriuntur Actiones Comodati
directa datur comodanti et eius heredi contra como-
datarium et herede ipsius Contraria datur comodatario
venit autem in directam actionem rei comodate de-
teriorate restitucio Non enim videtur res reddita si
deterior reddatur et ideo prestabit interest Si vero
non restituatur tunc contra contumacem iuratur in
litem Si autem non fuerit contumax sed culpa resti-
tuere recusat rem tunc estimentur illas res quanti
fuerint ab illo tempore more usque ad sententiam diffin-
itivam Sed in iudiciis stricti iuris estimatur a tempore
more usque ad tempus litis contestate Item venit
in hanc actionem dolus lata culpa levis et levis-
sima et hoc cum gratia accipientis fit accomodatum
quod frequenter contingit Si autem gratia dantis
fit quod raro accidit tunc non verbi gratia cum quis como-
dat sponse sue ornamenta ut ornatior ad eum perdu-
catur si non reddantur tunc prestatur dolus et lata
culpa Si ego accomodo alicui equum meum ut in meo
negocio ipsum equitet Si vero gratia utriusque comoda- Exempla
tum fiat ut cum communem ac amicum invitamus
et tu curam rei ipsius ab eo suscepisti Ego vero tibi argen-
tea vasa et cetera necessaria comodavi Si hec fue-
rint amissa tu teneris michi de dolo de lata culpa
et levi non autem de levissima Exemplum de dolo ut si De dolo Exm
rebus tuis salvis accomodata tibi amisisti de lata
culpa ut tu equum tibi comodavi ad villam et tu duxi-
sti eum ad bellum Exemplum de levi culpa ut res
comodatas in cista conclusisti clavis vero incaute
iacere permisisti In hanc actionem nullus casus for-
tuitus venit nisi in quatuor casibus scilicet ubi Modi quib. abutimur re comodata
precedit culpa casum ut tu equum tibi comodavi
in civitate et tu peregre eum equitasti Item ex mora
ut tu equum tibi comodo ad unum diem et [illegible] eum

Ad unum mensem te ex loco ut comodaui tibi equum ad campum et equitasti eum extra territorium. Item exposui ut comodaui tibi equum ad equitandum et tu duxisti eum in aratro uel in currum. Item ex pacto peregi cum te ut extra civitatem non equitares quod totum non tenuisti ergo in de damno teneris. Contractus enim ex conuencione legem accipit. Actio vero contraria datur comodatario aduersus comodantem ut impensas factas in re comodata modica tamen impendia sicut dacio cibariorum ad eum pertinent qui utensilium accepit. Si sciens comodauit vasa viciosa vel rupta aut corrupta propter que vinum vel oleum est destructum aut effusum aut quod intempestive reuocat comodatum. Ut si concessisti mihi vas ad unum annum et reuocasti ad mensem

Contractus

De deposito Capitulum Quartum

De deposito vero nota Quid sit depositum unde dicatur Quomodo contrahitur In quibus rebus consistit Que natura depositi Quando actio depositi Contra quem et in quibus teneatur depositarius Et ex quibus causis depositarius infamatur. De primo dico depositum est quod fidei alicui custodiendum traditum est. Constituitur enim obligacio ex deposito rei tamen depositore semper possessionem et proprietatem retinens. Sed hec fallit in duobus casibus scilicet convencione tacita aut expressa. Expresse trahitur dominium rei ut cum depono apud te quod est in numero pondere et mensura et concessio rerum vel ut idem mihi reddas vel tantundem in genere (eodem). Tacite transfertur dominium rei ut cum depono res apud te non inclusas et non sigillatas quia te videor causa sic apud te deposuisse ut possis ipsis uti vel tantundem in genere mihi restituere. Dicitur autem depositum quasi seorsum positum vel deorsum positum a deponente ut ostendatur totum fidei depositum commissum ad custodiendum

Definitio Depositi

Unde dicatur depositum

Quod tum enim depositum est Depositum consistit in
In quib. reb. consistit depo.
rebus mobilibus que numero pondere et mensura con-
stant Et in rebus se moventibus ut in animalibus Casu
aliter eciam consistit in rebus inmobilibus cum res de-
ponitur in manus iudicis Solet enim depositum per
Immobilis ut puta cum res in sequestro ponitur ut sequestratus et ponitur
cyrographum fieri quod nunc in desuetudine venit
Natura vero depositi est ut semper deposita reddantur
deposito quod fallit in quatuor casibus Primo cum
quis gladium publice deponit et furiose recipit Secundo
cum deponens fuit in exilium missus Tercio cum
fur deponit et repetit Et petitio veri domini cum
petitione furis concurrerit Quarto cum fur rem furti-
vam apud illum deponit cum prius fuit depositum
ut recipi et repeti quandocumque deponens vult eciam
si fide data deponens promisisset nolle repetere infra
Quando depositum repeti potest
annum quia hominis voluntas est mutatoria in
repeticione depositi. nec compensatio nec deductio lo-
cum habet immo nec propter expensas nec propter debitum
habet depositum tenetur retineri Huius actio bone
Qualis sit actio
fidei est et famosi intantum ut si quid sinistri in
re deposita acciderit Depositarius immo heredes
sui suo nomine dampnati infames efficiuntur Hec actio
datur ei qui deponit Sed hoc fallit in quatuor ca-
sibus supra scriptis Hec actio datur omni deponenti
Cui det actio depositi
etiam furi et predoni non obstante suo delicto Ar-
guunt enim hic ex contractu sed ratione furti vel prede
agere non possunt ne ex improbitate sua actionem
consequantur Datur actio deponenti contra de-
positarium vel heredem eius de dolo defuncti Et no-
ta quod in hanc actionem venit dolus lata culpa le-
vis et levissima Dolus pessimus est ut si rebus
Quib ex causis tenet depositarius
tuis salvis rem depositam amisisti lata culpa pre-
sumitur si res tuas in scrinio posuisti depositas
vero in banco reliquisti. Levis culpa est cum depositum
in archam posuisti sed clavem incaute Jacere.

Permisisti. Levissima culpa est cum depositum
in archa clausisti sed archam apertam dimisisti
Item venit ad hanc actionem Sed aliquis pro cus-
todia accepisti si te deposito obtulisti Item venit
ad hanc omnis casus fortuitus pacto mora culpa
usu et loco precedentibus pacto quia contractus ex con-
ventione legem accipiunt Culpa ut cum depositarius
rem depositam alienavit et deinde eam redemit
et in deposito eam rehabuit licet tunc vicium aliena-
tionis per redemptionem purgetur tamen casus
fortuitus si quis evenit non tollitur unde qui
semel malus semper presumitur malus Mora
ut cum depositarius non restituit aut non dedit
rem depositam tempore debito sic ipse tenetur de
casu fortuito dicunt tamen quidam hoc verum esse
si res alias non fuisset peritura alias secus alii
dicunt depositarium et quemlibet debitorem
teneri ex mora quia satis est quod res potuit non
perire penes actorem Item depositarius si gra-
sui res est deposita tenetur de casu fortuito ex usu
tenetur ut concessi tibi equum ad villam extraneam
et tu duxisti eum ad arandum Ex loco tenetur
ut concessi tibi depositum in civitate utendum et
tu peregre profectus depositum meum ex hostium
incursu amisisti Et nota quod dampnatus ex hac
actione infamis efficitur Quatuor actiones

Ex quib. causis depositarii infamat.

ex contractibus descendentes et quatuor delicti
infamant Ex contractibus ut mandati depositi
tutelle et pro socio Ex delictis ut iniuriarum vi
bonorum raptorum furti et doli Unde versus Iu-
dicis dampnatos infames reddat ubique Iniu-
ria furti doli que actio mandati tutele
depositi quod directo Sed pro socio communis
ubique De creditore et credito ca. v.
Et credito Creditum quid sit unde dicatur est

Sunt eius ſpes Unde contrahitur vel quo ad q̄d
teneatur creditor Cuius gracia fit creditum de
primo ſciendū Creditum ē omnis res quā quis Defini: Crediti
Diuis: alteri credit Et dicitur a credendo i. confido Duo Actio
vero ſunt ſpēs crediti ſcilicet ſine pignore et
cum pignore Creditor qui pignus recipit reob vn̄ contrahit
ligatur Creditor tenetur dare de re ipā quam
pignore accepit reſtituendū actione pignora
ticia quaſi alienauerit ſine voluntate credi
toris aut ſi eam ſua culpa perdiderit ſecundū
eſtimacionē debitoris ei perſoluat Sed q̄a pign Cuius grā fit creditum
utriuſq; grā datur ſʒ debitoris quo magis et pe
cunia credatur et eciā creditoris quo magis
pecunia tuta ſibi eius credita Igitur ut ſufficit
q̄ ad eā rem pignoratā cuſtodiendaʒ creditor ex
actam diligēciaʒ exhibeat quā ſi adhibuerit
et fideliter preſtiterit aut aliquo caſu fortuito
rem amiſerit et hoc probauerit ſecurū eundem
de reſtitucōe rei pignorate exiſtere et nichilomi
nus debitum ſuū a debitore integraliter poterit
poſtulare

De Pignoribus Capitulum Sextum

Conuencio factā ē in obligacionibus De pignore
cre[illegible] de pignore Tractatur videndum eſt
de pignoribus Iuxta quod nota Quid
ſit pignus unde dicatur Qualiter obligacio con
trahitur Et quot duplex pignus ſit Que res
impignorari poſſint et queſtio Ad quid datur
pignus ad quid acceptor pignoris teneatur
Quam diu debet ſeruari pignus De primo pig Quid sit pignus
nus eſt res obligata pro debito ad ſecuritatem
creditoris Dicitur vero pignus res mobilis ali
cui obligata quaſi pugno et ore tradita Pignus
contrahitur duobus modis expreſſe et tacite Ta
cite ut bona mariti ſint uxori pro dote tacite.

Obligata et bona conductoris domus invecta
et importata sunt tacite pensionibus obligata
et bona eius qui cum fisco contrahit tacite sunt obli-
gata et bona servi renovata. Pignus contrahit
generaliter et specialiter. Generaliter ut cum quis
omnia bona sua pignori obligavit quo casu in-
telliguntur habita et habenda. Specialiter ut
quando obligatur vinea ager equus tunica
pallium et cetera. Triplex autem est pignus. Ali-

Triplex pignus

ud pignus conventionale aliud pretoriale et
aliud iudiciale. Conventionale pignus est ex ipso
facto sumpsit nomen. Prethorium pignus con-
stituitur per missionem in possessionem. Iudicia-
le pignus est quod per sententiam iudicis obtinet.
Item pignorari possunt omnes res que vendi pos-
sunt. Item obligari possunt omnes res presentes
et future et etiam fructus pendentes. Partus
ancillarum fetus pecorum et omnia que nascun-
tur res corporales et incorporales servitutes pre-
diales et usufructus rusticeque servitutes. Iura
vero prediorum urbanorum pignorari non possunt
ne varietatis usus utencium edificia destruant.
Pignorari autem non possunt omnes res sacre lib-
homo nisi in casibus suprascriptis liber homo sen-
eus potest poni in obstagio non pro pecunia sed pro
commodo pacis vel consilii causa. Dator pignoris
tenetur solvere debitum etiam si pignus perit sine
culpa creditoris nisi sit pactum quod amissio pigno-
ris liberet debitorem. Debitor impensas in pignore
factas a creditore bona fide factas tenetur solve-
re ut debitum principale nisi fuerint immoderata.
Sed rem pignoratam alteri pignorari non potest

Crimē stellionatus

vel non debet. Alioquin stellionatus crimine
poterit accusari nisi res talis sit quod utrique cre-

Sufficiat Debitor sciens rem alienam et absque
domini illius voluntate obligauit eandem
vel rem obligatam per se sumpserit crimine
stellionatus subiectus erit Creditor autem
debito integre persoluto pignus reddere tenetur
Integre dixi · quia pro parte debiti totum
pignus creditori manebit · et tenetur reddere
pignus non alibi obligatum nec deterioratum
Item aliquando itur de contractu pignoris
ad contractum emptionis et illud est pernitiosus vsu-
rarum · vt cum creditor dicit debitori · si tu non
liberaueris pignus tali vel tali die tunc sit
meum tamquam res emptitia Presumitur enim omnis
contractus illicitus in quo pena adicitur que
legittimum modum vsurarum excedit vt sic Ego
obligo tibi domum meam pro decem talentis que
valet xx · talenta tali pacto si non redimero ex
tali die quod sit tua Pignus preterea est duplex — Alia pignoris diuisio
mobile et immobile Mobile duplex quoddam enim
se ipsum mouet vt omnia animalia edentia que ser-
uari poterunt in pignore vsque ad tercium diem com-
plete Pignus autem se ipsum non mouens sed ab alio
mouetur ut est vinum oleum frumentum et cetera quod
debet xiiij · diebus seruari in pignore Pignus vero
immobile · debet sex septimanis seruari et postea cum
bona conscientia vendi Pignora itaque aliis non
debent obligari neque donari sed solum vendi Et hoc — Pignus debet tantum vendi
ideo quia si in vendicione aliquid remanet vltra
sortem hoc debet illi cuius res fuit dari Si vero
defecit tunc creditor agat supplementum si sit
est exceptum aliter non * nec aget ad supplementum
Et nota si quis dat pignus voluntarie sine
iudicio coactus adhuc semper ante ipsius vendi-
tionem debet sibi per famulum Iudicis insinuari

* Quia si quis malum pignus ab aliquo recipit dampnum erit suum

Si wlt redimere iuſte tunc et licite venditur

De Promiſſionibus Capitulum ſeptimum

Promiſſio quo contrahitur Et actiones diriguntur Quot modis fiat promiſſio de duobus vel pluribus promiſſoribus Et ſunt ſpes ſtipulacionum ſeu promiſſionum Que res poſſunt ſtipulari de utilibus ſtipulacionibus Que inutiles ſunt ſtipulaciones i. promiſſiones Et qua obligacio contrahitur multis modis ſcilicet promiſſione fideiuſſione pacto et pactorum adiectione et de hiis omnibus videndum est in proceſſu

Quomodo Promiſſio contrahitur

Per verbis contrahitur obligacio ex interrogatione precedente et reſponſione ſubſequente ut cum aliquid dari vel fieri nos ſtipulatur ſic dicendo promittis mihi dare vel facere hanc rem et ille reſpondit promitto Vel ſic promittis michi per tuam fidem dare decem aureos et alter dicit promitto per meam fidem ubi ſtatim erit obligacio Ex hac promiſſione due oriuntur actiones una condictio certi ſi certum contineat Alia actio incerti ſi dubium contineat

Quot modis fit promiſſio

Tribus vero modis fit promiſſio aut ſi pure aut in die aut ſub condicione pure fit veluti cum quinque aureos mihi ſpondes et ille dicit ſpondeo iſtud ſtatim debetur ſed peti non poteſt antequam tota dies promiſſionis expiret Hoc tamen fallit ſi debitor eſt fugitivus aut ſi bona ſua dilapidat aut ſi civitatem demeretur et ſi bona ſua publicantur tunc eum ſtatim petere poteſt et areſtare aut interdicere

De Areſte & inter dicte

Idem eſt ſi moritur nullo herede relicto Sed quid ſi aliqui alii debitores priores ipſi petunt debita ſua in iudicio dico qui prior eſt in interdicto ille prior erit in ſolvendo

NB

Sed contra hoc eſt regula generalis Qui prior eſt tempore pocior eſt et iure Reſpondeo quod hic ſtatur conſuetudini provinciarum Eſt autem conſuetudo

Venetis Ex tota debitoris ſubſtancia diuidit Consuetudo Venetoꝝ
inter omnes creditores vnicuiqꝫ ſecundū partem
contingentem Et ē bona conſuetudo ne vnus to^m
debitū ſuum adqrat alter vero nichil habeat Sub
condicione fit promiſſio aut ſtipulacio veluti ſi
Si fit Iudex aut conſul tunc decem aureos michi
dare ſpondes et ille dicat ſpondeo Si condicio exta-
bit tunc promiſſum et debetur Si non tunc nō Ex
condicionali condicione ꝛ ſtipulacōe tantū ſpes
debiti ē Si ante aliquid contigerit ſpes fruſtratur
Loca autem ī promiſſionibus inferre ſolemus ve-
luti decem aureos michi dare promittis et nō ſolū
res promitti poteſt ſed eciam factum veluti pmit
tis hoc facere promitto Quando vero duo vel plu- De duob. vel plurib. promissc
res ſimul vni promittūt et non qlibet per ſe aliq
vt tūc omēs in ſolidum tenentur et promiſſarius
pt debitū ab omnibus vel ab vno eorū a quocunqꝫ
voluerit repetere et quicunqꝫ debitum illorum
ſoluerit omēs liberat habet nichilominus ſolues
actionē contra illos qui ſolucionem non fecerit pro
parte illos contingētes hoc ē verū ſcdm ius Antiq^m
Nouū autē ius uolt ꝙ creditor debet ab omnibus
promiſſū petere ſi ſunt pn̄tes aut ſi viuūt Et ſi qs
eorū non ē ydoneus ad ſoluendū tūc reliqi ſoluāt Et
Si ūi vnus eſſet ille perſoluet totū Quando autē
vnus pluribus obligatur in ſolidum omib9 tenet-
tur quilibet pt facere et petere totū Cū aute vnū
eorū deſcitū ~~eorū~~ aliorū ſoluerit ab omib9 libera-
Si autem vnus obligatur pluribus ſeparatim et
dicat vnicuiqꝫ vrm dare vel ſoluere ſpondeo iſtud
non erit vna obligacio vnio alia et alia qā primo
vni deinde alijs Tres autem ſpēs diuiſionis pro-
miſſionū ut ē iudicialis pretoria et conuencōna-
lis Iudicialis ē que per ſcienciā iudicis diffinit-
veluti caucō de dolo Caucio de ſeruo fugitiuo :~

[margin:] Quid sit p[re]toria promissio

Prosequendo vel de precio valet restituendo. Pretoria
promissio est que ex mero pretorio officio emergit
veluti damno infecti vel legatum vel edilicie vel
rem salvam facere pupillo. Conventionalis est ex con-
ventione utriusque partis concipitur quarum tot sunt
genera quot sunt res de quibus contrahi potest. Omnes
res que dominio hominum subiciuntur promitti poterunt
sive sint mobiles sive inmobiles presentes sive future.
Inutiles stipulationes multe sunt ergo quod multe
sunt res que in stipulatione et promissione venire non
possunt veluti res que in rerum natura non sunt ut homo
mortuus vel que in rerum natura non sunt ut ipocen-
thaurus et res que in rerum natura non erit ut chy-
[margin:] De duob[us] vel pluri[bus] promiss[ionibus] — se
mera. Sed neque luna venit in promissione quia impos-
sibile est ea nobis subici. Item res sacra res religiosa
et res publica et res cuius non est commercium et liber ho-
mo promitti non poterunt secundum hominum disposi-
tionem. Mutus surdus stipulari non possunt quia in sti-
pulacione requiritur interrogatio et responsio que isti
facere non possunt. Furiosus etiam promittere non
potest quia nullum negocium gerere valet ergo quod
intelligit quid agit nec pupillus sine sui tutoris au-
ctoritate nisi pro delictis erit vel commutatis. Inter
absentes autem verborum obligatio fieri non potest
quia ibi requiritur loquela. Obligatio etiam contrahi
non potest super condicione impossibili ut si celum tetigero
dare tibi promitto. Item inutilis stipulatio que ex turpi causa
ut puta si promitto velle homicidium vel furtum. Nam
scribitur In turpi voto muta decretum et in mali pro-
misso rescinde fidem. Inutilis stipulatio est si quis alium
[margin:] Inutilis stipulatio
aliquid daturum vel facturum promittit inutilis est
promissio et que fit per metum aut dolum. Inutilis stipu-
latio si quis ad ea ad que interrogatus est non respondet.
Sed si tu stipularis in die futurum et ipse respondet de presenti.
Inutilis est stipulatio si ab eo stipularis qui tuo iuri

Subiectus est vel e converso ut servus aut filius fami-
lias quia uxor tua et filii tui eadem esse intelligitur
Nemo potest sibi stipulari aliquid post mortem suam
nec e converso Inventae sunt stipulationes ad hoc ut
quisque sibi adquirat quod sua interest Et nota quod si quis
certus vult esse de promisso penam adicere debet in stipula-
tione ut sic promittis quod nisi michi hoc dederis vel fe-
ceris quod promisisti dabis mihi tantum vel tantum vel
hoc tantum

De fideiussoribus Capitulum octavum

De fideiussoribus qui promissori vel debitori non 1
confiditur oportet igitur ut ponat fideiussores
Igitur de fideiussoribus est dicendum Et primo
Quid sit fideiussor Quis possit fideiubere pro quo possit
recipi Ad quid teneatur fideiussor et ad quem ille cui fide-
iussit Utrum fideiussio transeat ad heredes Et primo
fideiussor est qui alterius obligationem in sua fide recipit
Hic nota quod quamvis fideiussor mandator et constitutor
quasi idem sint differunt tamen ratione Quia fide-
iussor est qui promissione pro alio obligatur illo nichi-
lominus obligato remanente Mandator autem qui
mandat creditori ut aliquid credat super ipsum Consti-
tutor est qui se debitorem pro alio constituit Et secundum
hoc tres actiones oriuntur Alia ex fideiussione alia ex
mandato alia ex constituto Fideiubere possunt omnes 2 Quis possit fideiubere
qui se obligare possunt rebus verbis legis exceptis
militibus clericis et mulieribus qui tamen si fideiusserint ob-
ligantur Religiosi etiam fideiubere non possunt sine sui
abbatis mandato Canonicus fideiussor accipi potest
pro omni homine pro pupillo prodigo et furioso etiam pro illo qui
pro se fideiubere non potest ut orphanus prodigus Et quia
isti nec naturaliter nec civiliter obligentur tamen Solutio dubii
fideiussores eorum tenentur efficaciter nec obstat quod dicitur
fideiussorem non posse in plus obligari quam ipse principalis
sit obligatus Ratio quia obligatio fideiussoria in nullo in
plus debet esse in accessione quam in principali Sed nota quod
est accessoria

Plus quatuor modis accipitur Re Causa tempore
et loco Et quicunque hoc fecerit cadit a causa item
patitur de plus petendo Pupillus sine auctoritate
tutoris tenetur de re i. de debitis propriis Teneturque
pupillus si dampnum facit in rem communem Et de his tamen
obus tantum fideiussor eorum tenetur non de aliis quia fide
iussor in duriori causa non potest obligari quam prin
cipalis Et sciendum quod cum veteres creditor habuit
potestatem agendi contra quem voluit sive contra princi
palem sive contra fideiussorem Hodie vero non licet
exigere a fideiussore reo presente et ydoneo existente
in solvendo in toto vel in parte Et si reus absens fuit
dabitur certum tempus scilicet quatuordecim dierum infra
quos dies fideiussor potest reum adducere ad eum primo
conveniendum ipsi fideiussori in subsidium reservato Et
si plures sint fideiussores tunc quilibet eorum tenetur
in solidum nisi actor voluntarie dividat actionem
suam agens contra unum quemquam pro parte sed
eligat unum de pluribus agendo contra eum in solidum
et non exigit ab aliis. Hoc est contra novum ius
quod dicit quod actio dividenda sit inter eos eo quod in solidum
omnes tenentur nisi huic iuri sit pacto renunciatum
cum actioni sit standum Ceterum si quis agat expresse
de sorte et fideiussor de usuris non videtur obligari quia
in maiori quantitate quam actum est obligari non debet
Et nota si fideiussor obligat se simpliciter ad omnia
que reus principaliter tenetur et sic licet de usuris
~~non dandis~~ secundum canones Et quecunque exceptiones prin
cipali competunt etiam fideiussori competunt In quatuor casibus
agere potest contra principalem debitorem Primo si diu steterit
in obligatione Secundo si reus est dilapidator operum suarum
Tertio si fideiussor condempnatus est creditori Quarto
si conventum est a principio scilicet ut liberet eum a fideiussione ✗
Reus ante contra fideiussorem agere non potest nisi a cre
ditore ei actio concedatur Est autem facienda cautio ante
✗ quia non plus vult stare in fideiussione

3
Utrum creditor contra principalem aut fideiussorem agat.

4
ad quid teneatur fideiussor

ut de debitis teneatur tamen competit sibi exceptio de usuris non dandis

Utrum fideiussio transit ad haredes

Soluitur quia postea cedi non potest amplius Deo gratias

De pactis primo **De Pactis Capitulum nonum**
videndum Quid sit pactum vnde dicatur De pac-
torum diuisione Quibus prodest pactum Quan-
do pena posita in pactis committitur i. incurritur De spe-
ciebus pactorum De differencia inter pactum et promissionem
De Primo pactum est consensus duorum vel plurium
in idem alteri ab altero paciscencium aliquid dandum
vel faciendum Et attende diligenter singula verba dif-
finicionis Dixi enim pactum est consensus quia consensu
perficitur vt in empcione et vendicione et hoc dicitur ad
differenciam stipulacionis in qua non solum consensus
sed verba necessaria sunt quia habet fieri per interrogacionem
et responsionem et necessarium ut in pacto sint duo vel
plures qui consenciant in idem ~~diuidendum~~ dandum
vel faciendum Et dico in idem et non in eodem quia si
ego et tu consentimus quod socrates sit lapis hoc non est pactum
quia talis consensus non obligat vnum alteri nec est dandi
nec faciendi Dixi etiam alteri ab altero quia si con-
sentimus quod vnus nostrum det thycio vel ticius det com-
munem non est pactum ~~vel~~ tercium alteri stipulari vel pacisci ne-
mo possit Et quia non obligatur aliquis regulariter
alterius negocium promittendo Dicitur autem pac-
tum a pactione i. pacis actione et a pace et actu Nam
qui paciscuntur ex ~~…~~ diuersis et contrarijs animorum
motibus post multa ~~contraria~~ varia ad concordiam i. vnam
consonantem sentenciam ducuntur et conuenire di-
cuntur vel dicitur pactum a palmarum i. manuum percus-
sione quia consencientes et paciscentes ad inuicem
sibi solent coniungere veterum more qui quando se ob-
ligabant palmas manuum sibi inuicem dabant in
signum non violenda fidei promissa Et est nomen pactum generale
ad omnia que agitur causa obligacionis contrahende
vel tollende **De diuisione pactorum Capitulum decimum**
Pactorum multe sunt diuisiones Sed de aliquibus

in signum non violande fidei promisse

Nunc ut tangam pactorum alia sunt utilia alia inuti-
lia. Utilia pacta sunt pacta vestita que ratione
personarum aut rerum secundum iuris ordinem sunt hoc
est quod persone que pactum faciunt sint tales quod se obligare
possint et res super quam fit pactum sit talis quod non
sit prohibita a lege alienari et quod in obligatione ordo
servetur iuris ut supradictum est de personis rebus et
obligationibus. Pacta vero inutilia sunt que sunt
contra leges contra consuetudines et contra edicta
pretorum et in fraudem. Dixi contra leges fieri pactum
quando predium minoris alienatur sine decreto iudicis
autem quando alienatur fundus dotalis. Contra consti-
tutiones fit cum advocatus pasciscitur cum clientulo de
quadam parte litis habenda pro salario suo. Contra
edicta pretoris fit ut si fiat pactum quod liceat alicui facere
furtum sine pena. In fraudem autem fit pactum multis modis
quia fit fraus de persona ad personam aut de re ad rem
de contractu ad contractum alterum vel de contractu ad con-
tractum alterum vel de contractu ad contractum alterum vel
de contractu eundem de nomine ad nomen aut de facto
ad factum. De persona ad personam fit fraus ut ego tutor et
curator quia prohibeor aliquid emere de bonis pupilli
mei illud non emo per me sed per interpositam personam
ut per uxorem vel per filium vel alium extraneum meo tamen nomine.
De re ad rem fit fraus sic enim prohibitum sit mutuare pecuniam
filiofamilias ego pecuniam non mutuo sed aliquam rem do sibi ut
sibi illam vendat et utatur pecunia. De contractu ad
contractum alterum fit fraus sic vir et uxor stante matrimonio
prohibentur ad invicem donare unde non donant sed dona-
tionis causa vendunt. De contractu ad contractum eundem
fit fraus ut cum mutuare pecuniam debitori Titio et mulier vellet
fideiubere pro eo ego econverso ne mulier defendatur bene-
ficio Valeriano consulti mutuo mulieri pecuniam et Ti-
tium recipio fideiussorem. De nomine ad nomen fit fraus ut
si prohibetur aliquis esse prepositus alicuius terre ipse facit

constitutiones

Quando

Modi quibus fraus fit

Aut

ad contractum

Velleiano

de fensore

Eligi in fideiussorem vel in procuratorē terre quod idem est mutuato tamē nomīe de facto ad factū fit fraus sicuti vendidi tibi ancillam meā cō pacto ne prostituas eā in lupanari ad faciendum questum sui corporis tu vero non in lupanari eam sed in caupone ut ministret ibi quod idem ē quantū ad effectum Et nō solum predictis modis sed etiam alijs occultis fraudibus — occulte fraudes

Pacta fiunt et reddūt inutilia Nam si pactum factū est inter debitorem et creditorem ut liceat debitori ipm pignus distrahere non valet Et ē ratio ne debitor invitetur ad delinquendū .i. solucione denegandam Pactū in quo quis generaliter sub involuto verborū fine — * suspecta ... non valet et ē ratio ne quis ... et

ret quod specialiter non esset sumpturus Pactum de dote ulteriori die reddenda non valet Et ē ratio quia dampnosum ē doti ī publice utilitati Pactū factum ut maritus dampnetur ... ultra illud quod facere non possit non valet Racio quā est contra bonos mores et pactum factum inter militem et eius adversariū qd miles possit ēē procurator non valet ea racione quia eet contra mores et contrariū publice utilitati Ideo quia milites nrī arma scire et non leges aut iura debent Pactū quo remittitur expressum sacramentū calumpnie nō valet Et hoc ideo quia publice utilitatis ē ut fides sine omī suspicione procedat Pactū factum ut non obstante huius modi facto revocari possit non valet quia iusta pacta numquam revocari possunt — Regul. iuris: Quod sel placuit :—

De pactis Capitulum aliud unde cimum

Secunda divisio qd pacta alia sunt alia nuda alia qd vestita Nuda pacta sunt que nō continent causam nullius efficacie cum ē alicuius rei tradicio sine causa — Nuda Pacta

Dicuntur etiam nuda quia nō vestiunt infra scriptorū sex modorū Et hec nuda pacta nō sūt efficacia ad obligandum vel ad agendū licet prosint ad defendendū quia nudum pactum regulariter non parit actionem sed exceptionem Pacta autē vestita efficacia et inutilia sūt ad obligandum et ad agendum Et dicitur pactū vestitum sex modis scilicet re verbis lrīs consensu coherencia — Pacta vestita

contractus et interventu rei Sed de predictis quatuor modis — p et hec seq

Primis supra habemus exempla ubi dicitur quibus modis re contrahitur obligacio. De Quinto vero scilicet coherencia contractus est exemplum ut si vendendo tibi et in ipsa vendicione intervenit pactum quia ego debeo manere in domo usque ad annum istud vestimentum postea non valet quia nudum est ratione illius pacti vestiti scilicet vendicionis in qua positum est valet. De Sexto autem scilicet rei interventu est exemplum ut puta promisi tibi aliquid dare vel facere ut tu michi aliquid dares vel faceres. Unde incontinenti cum dedero quod promisi est statim pactum vestitum ex parte mea. Et ideo interventu eius quod tibi dedi es michi obligatus ad id michi dandum quod promisisti. Et nota quod primis quatuor modis non dicitur proprie pactum vestiri quia illud proprie dicitur vestiri quod nudum est. Sed pactum quod fit rebus verbis litteris vel consensu ab isto instanti nativitatis sue procedit vestitum et tum ex incipit vestitum est. Pactum vero quod vestitur coherencia contractus aut interventu rei primo est nudum licet hiis modis intervenientibus accipit vestitum.

Sed coherentia

vel faciendum

De divisione pactorum Capitulum duodecim

Tercia divisio est quia pacta alia consistunt in dando alia in faciendo. In dando ut si promisi tibi dare equum vel aliam rem. In faciendo ut conveni tecum tibi facere domum. Quarta divisio est quia alia sunt pacta expressa alia tacita. Expressum ut si conveni tecum tibi dare aliquid vel facere. Tacitum ut si conveni domum tuam et in eam introduxi res meas. Tacite videor tecum ~~pepigisse~~ pepigisse quia importata et invecta tibi obligata sunt. Promissione etiam tantum est pactum ut si creditor restituit debitori suo cirografum seu instrumentum debitum ibi tacite videtur ei fecisse pactum de non petendo. Item pactum tacitum est ut si habeam tres debitores qui tenebantur in xv mercis et erat unusquisque in solidum obligatus et ego recepi ab uno eorum quinque. Ita ego videor renunciasse iuri solidi et pactum tacite fecisse non petendi ab uno quoque eorum nisi quinque. Quinta divisio est quia

mercita

Quinta divisio

Pacta ſunt alia obſcura alia clara Clara ſunt
in quibus ambiguitas et obſcuritas non ſeruatur
hec ſi ſollempniter ſunt facta ſeruari debent quia
nichil eſt quod magis hominibus conveniat quam
pacta ſeruare Obſcura vero pacta ſunt que poſſunt
habere duplicem intellectū vt ſi dixerit venditor
domus ſtillicidia ſicut ſunt rei vendite ita ſint et
intelligit venditor quod ſeruitus ſtillicidij recipiendi
debeat are vendite adhec Emptor vero intelligit quod
debet rei vendite inesse Sed hec obſcura pacta ſunt
interpretanda contra proferentem quia eius poteſtati
fuit legem apertius ſcribere Sexta diuiſio quod pac- Sexta diuiſio
ta alia gratuita alia non Pactū gratuitū eſt vt cū
nullo dato plus gratis quam promiſſionis cauſa
debitū remittitur Non gratuitū pactū eſt tranſactio
que debet et habet fieri aliquo dato vel retento vel
promiſſo Proſunt autem et porriguntur pacta ad illas
tantum perſonas inter quas perſonas facta ſunt Sed alijs
perſonis regulariter non valent Hoc tamen fallit
in infraſcriptis cauſis quia pactū reo principali de
non petendo prodeſt fideiuſſori niſi in paciſcendo aliter
actū ſit vel ſi fideiuſſit fideiuſſor in rem ſuam propriam
quia hijs tribus caſibus pactum non prodeſt fideiuſ-
ſori Sed contra pactū fideiuſſoris non prodeſt reo
quia ſi ſicut rei interſit a fideiuſſore non peti quia fideiuſ-
ſor habiturus erat regreſſū contra reū non tamen
intereſt fideiuſſoris a reo non peti cū reus contra fide-
iuſſorem non ſit habiturus regreſſum niſi fideiuſſor in
rem ſuam propriam fideiuſſiſſet quia tunc fideiuſſor eſt
accipiendus pro reo et pactū illius rei prodeſt fideiuſſori
et pactū fideiuſſoris acceptū in rem ſuam pro pactū
fideiuſſoris non prodeſt reo cum fideiuſſore Sed ſi expreſſe
agitur quod proſit pro reo et fideiuſſore tunc prodeſt
eis Pactū vnius rei debendi prodeſt alteri Pactum
cū vendicione vel donatione prodeſt emptori Vel

Donacione prodeſt emptori vel donatori quia ſuccedit
in rem propriam pactū cū filio vel ſeruo prodeſt patri vel
domino Pactū autem procuratoris prodeſt domīo et nō
nocet niſi in tribus caſibus hoc ē ſi habet ſpāle mādatū
vel ſi in rem ſuam conſtitutus ē vel ſi habet liberam et
generalem adminiſtracionem Pactū tutoris prodeſt
pupillo· et eciā nocet ſi fiat bona fide et non animo de-
predandi **De Pena pactorum Capitulum ſequitur**

Tredecimum

Videndum ē eciam quando
in pactis pena apposita committatur Eſt igitur
Sciendū quod pena in pactis apposita aliquando
committitur aliquando non Si enim convencio incipit a
condicione vt ſic Si Tithum non ſtatuero ſi vivit decem
dabo Committitur pena cum certum erit conventū dari
non poſſe Si vero incipit a precedente paccione vt ſic ego
promitto dare Thicium alioquin pena nomīe x dabo tunc
precedens accio ē obligatoria quia pactū veſtitū commit-
x pena titur ex quo dare potuit et non fecit· aut precedens
paccio non obligatoria et tunc committitur pena nec
deinde lite conteſtata ſuper eo quod in pactum deductū ē

De alia diuiſione pactorū Capitulum xiiij·

Septima diuiſio Pactorum

Pacta alia aliqua ſunt ſecundum leges aliqua
preter legem Quando fit pactū ſecundum leges
vt puta cū tibi aliquid dare vel facere ſecundum
quod lex promittit tunc ſi ē pena promiſſa illa poteſt
peti vel res vel alterū eorū ſolum niſi ſit dictum quod pena
ſoluta ratū maneat pactū tunc enim vtrumque poteſt peti
Quando autem fit pactū preter leges ſcilicet quando
pacto aliquid promittitur quod neque lege expreſſe pro-
mittitur neque prohibetur expreſſe vt cum promitto ti-
bi factū alienū et ſi nō fiat ~~fecit~~ promitto penā vel paciſcor
alteri dare et ſi non detur ſtipulo penam Et licet non
valeat principale quia factū alienū certū promittere
nō poſſū nec alteri paciſci tenet tamen promiſſio Quando
fit pactū ſic contra leges vt quando promittitur aliquid

Quod a lege prohibetur ut res sacra res reli-
giosa liber homo tunc utrumque non valet neque prin-
cipale neque pene promissio Quia quod legis fit pro-
hibito habetur Pena vero pactis adicitur aut cum
condicione aut simpliciter Cum condicione ut Ticium
tibi dare promitto si vivit tunc stante condicione stat
et pena Si simpliciter tunc aut pactum adimplere
potuit et noluit committitur pena Si voluit et non potuit
quia forte Ticius mortuus est aut fugitivus tunc nulla
obligatio oritur ergo nec pena committitur nisi specialiter
sit de pena solvenda exceptum Adicitur etiam pena quan-
titati aut speciei aut facto Quantitati ut sit promitto
tibi dare x sub pena dupli tunc ipsa pena quantacumque fuerit
reducitur ad legittimum modum usurarum sortis pro-
misse et hoc ideo quia ex quantitate pecunie solet
committi ~~fenus~~ foenus ut patet in mutuo in quo solo usura
committitur et non in aliis contractibus Si vero adicitur
speciei ut promitto tibi equum vel aliam speciem sub
pena x librarum Illa pena exigitur tota Idem est si
adicitur pena facto ut sit promitto tibi facere domum
sub tali pena adiecta speciei vel facto quantacumque fuerit
exigitur tota

De Speciebus pactorum Capitulum quintum decimum

Pactorum vero species sunt due quedam in rem
quedam in personam In rem sunt ut quod ge-
neraliter paciscor ne petatur In personam
quod non a persona petatur In primo autem casu nec
ab illo cum sit pactum peti potest nec ab heredibus eius nec
ab eo qui paciscitur nec eius heredes petere possunt In se-
cundo secundum pactum personale ad alterum non spectat nec
etiam ad heredem Utrum autem in personam pactum sit vel in rem
ex necessitate quam ex mente existimandum plerumque enim
persona pacto inseritur non ut personale sit pactum sed
ut demonstretur cum quo pactum sit factum

De inutilibus pactis Capitulum sextum decimum

Pactorum divisiones ut supra sunt due quedam

Margin notes: infecto — cont. — minus — fuerit — Poena quantitati adie[cta] reducitur ad legittim[um] modum usurarum — Octava divisio Pacto[rum] — Nona divisio

Qui nō eſt doli capax paciſci nō pt ſine tutoris auctē

Utilia quedam inutilia Utilia ſunt pacta veſtita et
hec ſemper ſeruanda ſint Inutilia ſunt pacta multa
Primo racione perſone ut ſi paciſcatur furioſus qui nec
expreſſe nec tacite conſentire pt ſed nec matrimonium
contrahere nec ſe ad religionē obligare pt q̄a neſcit q̄d
facit Si autē habet lucida interualla tūc ſecus ē ſine
tutoris auctoritate Idem i prodigo ſurdo et muto Idem
in viro et uxore qui ſibi donare nō poſſunt Idem inter
prēz et filiū quia una perſona cenſetur Idem int̄ dn̄m et
ſeruū Sunt et pacta inutilia racione rerū ut ſi q̄s paciſca
tur res que in rerum natura nō ſunt nec fuerūt nec erūt
et que in cōmerciū non venerūt ut res ſacra u' religioſa
et nec liber homo Item pactū turpis vel et impoſſibilis
de iure vel de facto nullam obligacionem adducit Item in
utile eſt pactū in rebus ſpiritualibus dandis et cōferend
in rebus q̄z prohibitis et in rebus que ſunt contra anime
ſalutem Et Nota q̄ omne pactū quod non vergit in
aīe ſalutē nec in dampnū alterius ſit ſeruandū q̄a nl̄
melius quo ad deum et ad mundū quā iuſtū promiſſum
ſeruare pactū et promiſſum quaſi idem ſunt in omnibus
ſed differūt ſolum in hoc quia pactū ē duorū vel plurium
conſenſus in idem dandū vel faciendū Promiſſio autē
pollicitacio eſt unius ſolius nō conſenſu tm̄ ſed eciā ſer
mone Item pactū fit multis et varijs modis precede
tibus conſenſum promiſſū vero fit ex ſimplici interroga
cione et reſponſione ut ſupra dictum eſt

Pacta inutilia

De Tranſactione Capitulum decimum ſeptimum

Superius actū eſt de pactis
in genere nūc videndū ē in ſpecie ſcilicet de tran
ſactionibus que ſunt quedam pacta Videamus
igitur quid ſit tranſactio et unde dicatur Quis poſſit
tranſigere in quibus rebus ceſſat tranſactio Quis ſit
effectus tranſactionis De Primo Tranſactio eſt de re
dubia et lite incerta necdum finita non gratuita pactio
et dico ſcilicet pn̄te et futura Dixi dubia ſcilicet iuſta vel in
iuſta Dixi lite incerta i ſi actor credat ſe fouere

ſi actor credat ſe fouere iuſtā cauſā et non iuſtā

Iuſtam cauſam vel nō iuſtam Dixi etiā nondum
finita quia ſi iudicatū fuiſſet nec appellari poſſet
nec ſententia dubitari · et ſi tunc erit tranſactio nulla
erit Si enī reus confitetur ſe debere x · libras et
prohys fore condempnatū et dicat auctori ſi vis
quinqȝ libras dabo tibi in cōtinēti tūc nulla eſt traſ
actio · ſed actionis expeditio · Dixi non gratuita quā
tranſactio nullo dato vel promiſſo vel retento non
procedat Dicitur autē tranſactio quaſi ab actione
receſſio Poſſunt vero tranſigere domini rerum vel
actionū tutores et procuratores habentes gene-
rale vel ſpeciale mandatū Tranſigi pt ī omnibus
ciuilibus In criminalibus vero interueniri poteſt
tranſactio in hys que irrogant cauſam penā ſang-
uinis · ſed tamen ex hoc accuſatus incidit in turpi-
famaz reus vero non quia vnicuiqȝ licet ſanguinem
ſuū redimere cū delictū eſt promiſſū In crimi-
nibus vero que ſanguinis penā nō irrogant trāſac-
tio fieri non pt ſed gratuita pactio vel remiſſio hoc
tamen fallit in adulterio ſcdm ius antiquum et in
autentica · i · novo iure hoc videtur correctū et max-
ime in marito Sed verius ē qȝ non tranſigitur in
adulterio lite incerta et de re dubia ſed vnꝰ alteri
reconciliatur et non itur ad effuſionem ſanguinis Si
autem data pecunia reus tranſagatur cū actore
nulla tranſactio ē quia reus pro confeſſo habetur
Sed in crimine falſi fallit vnde verſus Sanguinis et
capitis metuens de crimine penā Tranſige ſi placet
nō trāſagat nullus adulter In reliqꝭ nulli liceat
ſine crimine falſi Dat cenſura tamen nova metu inte-
leuam Hec ſunt vera ſecundū leges ſecundū cano-
nes autem nullū crimen irrogat penaz ſanguinis
In alimentis non tranſagitur ſine preſidys auctoritā
De queſtionibus que teſtamento profitentur non
tranſagitur niſi inſpectis cognitis qȝ verbis teſtanti ·

Item cessat transactio in iure subiectionis Subiectio
causa est spiritualis et ideo de quo dato vel promisso
remitti non potest quia gratis fieri debet Item in spiritualibus
non transigitur. potest tamen in eis amicabilis fieri compo-
spiritualis sicio ut detur non pro spirituali ut permutatorum fit vel nisi in-
veniat autoritas pro bono pacis Item Summa nota
quod quedam sunt in quibus nec composicio nec dispen-
sacio nec transactio locum habet ut vir dimissa uxore
aliam superducat vel ut professus propria habeat Vel
ut subiectus subiectione durante superiori non obedi-
at Effectus transactionis est ut omnia instrumenta ad cau-
sam pertinencia super qua transactum est ut quicquid est
aliud quod partibus ferre poterat vacuum sit ut omni iure
cassatum et sola transactio validum perpetuum quod robur obtine-
NB at nisi actor transactione illa fuisset deceptus et competit
sibi excepcio doli mali **De obligacione litterarum Capitulum**

Quid sit litterarum obligatio — octauum De litterarum obligacione Et primo ~~tredecimum~~
Obligacio litterarum quid sit Et quomodo fiat Et que
acciones ex ea oriuntur De primo litterarum
obligacio est quando quis per suam literam autenticam
Quomodo fiat sigillis et testibus ydoneis roboratam se confitetur pub-
lice debere quicquid in ea continetur Olim enim sollempnita-
te scripture omnes fiebant obligaciones secundum quod adhuc
Que virtus eius in arduis causis fiunt per litteras autenticas aut per publica
instrumenta Tanta enim est virtus huius obligacionis
quod ei contradici non potest nisi in tribus casibus, mutuo, credi-
to, et dote **De obligacione per consensum Capitulum**

De obligacione per consensum **decimum nonum**
Consensu contrahitur obligacio quinque modis
Empcione vendicione locacione conduccione per-
mutacione rerum societate et mandato De quibus omnibus
singulariter est dicendum Et primo de empcione quando et
qualiter contrahitur de quibus rebus quomodo fiat
Que sit eius natura ad quid teneatur emptor et ad quid
venditor Quamdiu res vendita gubernari debet Contrahitur

statim vel
Conpacto cum de precio ~~mutuo sive convenerint~~ ut precium vel convenitur ea mente
solvatur et res vendita tradatur quamvis quandoque pre-
cium nondum sit solutum nec arra data nec res vendita
tradita hoc intellige de empcione et vendicione sine
scriptis. Sed illa ante que scriptis perficiuntur non prius
consummantur empcio vel vendicio quam littera empcionis
aut vendicionis fuerit scripta et perfecta et sigillis consigna-
ta testibusque corroborata ac partibus assignata. Aut
publico documento consumata et quamdiu aliquod horum
deerit locus est penitencie et potest emptor vel ven-
ditor sine pena recedere a contractu nisi aliquid nota-
bile scilicet media pars precii arre nomine dum fuerit data. Arris
autem talibus datis sive scripto sive non scripto sit celebra-
ta vendicio. Si actor aut emptor impedit contractum
adimplere perdit quod dedit. Si vero venditor impedit
tunc duplum quod emptor dedit restituere tenetur. Et
puto quod neuter contrahencium alteri ad interesse tenetur
quia loco ad interesse sufficit. Arrarum amissio et dupli
restitucio hic. Nota secundum consuetudinem huius civitatis
Cum utrique huiusmodi contractus empcionis et vendicionis
recedit illum iudex compellit ad ratihabicionem sub pena
unius libre monete usualis ex eo quod parva et modi-
denarius dei — ca arra datur scilicet denarius dei et cum ut emi illud quod
habet commercium; non veniunt ut res sacra res religiosa — x Sunt enim quedam que in commertium
liber homo res tamen sacre et religiose in vendicionem
transeunt cum sua universitate quia universitas in pro-
phanis consistit. Venditores autem debent res venales iusto
pondere iusto numero iusta mensura et iusto precio quod
+ ordinem — si secus fecerit extra + punientur. Vendicio et empcio fit
inter presentes et absentes et per medium personarum sive epistolas
pure et sub condicione cum arra et sine arra. Arre date
in signum empcionis contracte non ante perfecte empcione
non perficit nisi pecunie numerate et certe date domino
et rei vendite tradicio. Ideo dixi pecunie quia nulla
empcio sine pecunia potest esse. Dixi certe quia si ita iter

Si aliquos conveniatur ita ut quanti A vel B re estima-
verit tanto sit empta Hec emptio est incerta quia posset con-
tingere quod tale precium non diffiniret forte quia nollet
aut ~~vel quia~~ moreretur Dixi pecunie numerate quia si
fundus daretur pro fundo res certa pro certa et dicetur
permutacio non emptio neque vendicio Dixi pure i. sim-
pliciter et directe sine omni exceptione Dixi ~~vel~~ sub condi-
tione ut si tibi equus meus placuerit post examinacio-
nem sit tuus pro decem florenis si non non Natura emptionis
est ut res que venditur sit certe speciei et precium sit certum
in numerata pecunia Dico certe speciei quia alias non
posset cognosci que res esset sibi vendita Dixi certum precium
quando aliqui sic conveniunt res sit tibi empta quanti
Tr. eam estimat et est incerta emptio nec debet eciam esse
pecunia numerata quia dando rem pro re fit cambium
vel permutacio que est alius spe- cialis contractus
+ venditionis Alia est natura emptionis ut emptione perfecta vel celebra-
ta statim lucrum et comodum dampnum et periculum perti-
neat ad emptorem Est enim iustum ut cuius est comodum
eius eciam sit periculum Et hec omnia vera sunt si
Vendicio fiat pure sine scriptis certe speciei ita quod nullum
precium intervenit Et que res sit que degustatione pondera-
tione mensuratione numeratione examinatione vel termi-
natione non indigeat Et quod venditor non sit in culpa in mora
m. vel dolo Et nota quod periculum publicationis ad venditorem
pertinet Est enim rerum publicatio quando omnia bona ali-
cuius publice venduntur propter debita vel maleficia sua
Item dixi pure quia si conditionalis esset vendicio tunc
ante adventum conditionis empte periculum ad venditorem
pertinet Item dixi sine scriptis quia si vendicio in scriptis
fieret tunc periculum rei ad venditorem spectat antequam scriptura
perficiatur Item dixi certe speciei quia si emptio sit sub al-
ternatione specierum tunc emens nescit quid emit et pericu-
lum ad venditorem pertinet Item quod nullum pactum interveniat
Quia pacta frangunt legem Item dixi quod res sit que

Degustacione nō indiget vt vinū et medo quia ante
degustacionē periculum ſpectat ad venditorem Dic et
ponderacione vt aurū et argentū et piper Dic et et
menſuracione ut pannus tela frumentū Dic et numera-
cione vt omnes monete florenī et groſſi nūmi denarij
et oboli Nec dixi cernicione vt texture lanee ſerice linee
Item dixi examinacōne vt equi boues muli et cetera
Horū periculum omnium ſpectat ad venditorē ante eorum proba-
cionem Dixi culpa quia ſi periculū ex culpa venditoris
fieret eius dampnū eſt Dixi mora Etiam ſi vendens
intempeſtive rem tradit periculū eius erit Dixi dolo
quia nemini debet patrocinari igitur periculum ad
doloſum redundat Dicuntur autem pericula rerum
incendia naufragia caſus ruina domorum alluuio-
inundaciones arborū deiectio per ventos leſio animalium
mors peroraciones et deſtructiones Tenetur venditor
rem ~~ſedm~~ venditam liberam vacuam et ſolutem ſine omni
impeticione tradere quia ſi quis eam aduocauerit ve-
ditor tenetur emptori ad intereſſe i. ad dampnū Tenetur
autem emptor preciū in numerata pecunia dare quod
ſi non fecerit ſtatim empcione facta tenetur venditori ad
intereſſe Nota In Summa eſt notandum quod ſi minor viginti vno
annis decipitur in contractu empcionis Aliquando
non tenetur contractus ipſo iure et aliquando tenet
~~et tenet de~~ iure ſed reſcinditur beneficio commun aliquando
in agitur ad decipiendum precio Aliquando ſubvenitur mi-
nori pro merito rei Unde diſtinguendum eſt cum enim
dolus dat cauſam contractui vt cum doloſe induxi
te vt michi venderes que non ~~in contractu~~ venditurus ali-
as non eras non tenet contractus Si vero dolus incidat
in contractū vt quia eras venditurus ſed per meliore ven-
dicionem et ego induxi te vt minori michi precio venderes
quia alias valuit tenet quidem contractus ſed agitur
ad decipiendū Ubi vero nec dolus dat cauſā contractui

Nec dolus dat causam contractui nec dolus incidit
in contractum nec de precio certum verum quamvis re ipsa sis
deceptus in precio ad minchilum agere potes nisi infra dimi-
dium iusti precii subsistat. Hinc enim obtinet quod dicit-
ur minori .xx. annis subvenitur pro minime rei. Et hoc
locum habet in contractibus bone fidei nam in contractibus
stricti iuris eciam si dolus dat causam contractui va-
cat tenet contractus sed excipitur contra agentem. Et
nota quod in contractibus bone fidei si dolus dat causam
contractui non per contrahentes sed per mediatorem
tenet contractus. In quolibet autem contractu exi-
gitur bona fides. Nam eciam quod re vendita et empta sepe
agit emptor. De evictione quod tamen fallit in aliquibus
casibus. Primo si super re vendita inpetitus non nunci-
avit venditori. Secundo Si affuerit ipsi sentencie. Tercio
Si per iniuriam contra eum Sentencia lata fuit. Quarto
si non tempestive denunciavit sed prope sentenciam si
potuit nunciare. Quinto Si emptor compromisit et sen-
tenciam contrariam reportavit. Sexto Si culpa sua sit po-
ssessionem amisit. Septimo Si habuit rem pro debito.
Octavo Si emptor servum emptum manumisit. Nono si
ancillam emptam prostituit. Decimo si emptor rem emptam
usu cepit. Undecimo si venditor absente emptore eodem
presente non appellavit. Et Generaliter quocumque modo
emptor rem emptam sine denunciacione amisit dampnum
erit suum. Quamdiu autem venditor debeat rem venditam
gubernare visum est supra de scripcionibus ideo hic per-
transeo causa brevitatis.

#emptor # *venditorem*

De rerum permutacione. Capitulum vicesimum

DE rerum permutatione

Quid sit permutacio. Qualiter contrahitur. Que sit eius natura.
Que res valeant permutare. Cum quibus
ecclesia possit permutari. Que actiones oriuntur ex per-
mutato aut permutacione. De primo permutacio est
dominii rei pro altera dacio. Contrahitur permutacio cum

Inter aliquos convenitur ut certa spes detur pro certa
Si enim certa daretur pro incerta tunc esset contractus in
nominatus Contrahitur autem sic do ut des Est autem
natura permutacionis ut non solum pacto sed rerum inter- contractu
uentu contrahatur ut in empcione ubi res et precium
debent esse quando empcio contrahitur Aliquando tamen
et sine re contrahitur empcio ut in predicta lege Hec
empcio permutari autem possunt que vendi possunt
Sciendum tamen quod quedam permutantur que vendi
non possunt ut ecclesie Sed quomodo hoc est ecclesie est gra
tis conferende permutacionis autem contractus non
fit grauis nec gratis sed detur res pro re Dico permutacio
in spiritualibus non fit ex pacto precium sed auctoritate
superioris Totum enim quod geritur in superioribus
arbitrium confertur qui ex arbitrio suo de rebus spiritualibus
permutandis disponit mobilibus et inmobilibus quia
hee res sunt proprie non hominum sed solius dei Potest er
cum ecclia go ecclesia permutari Potest eciam ecclesia cum principe
permutare. Potest eciam cum priuato permutare dum utili
tas mo ecclesie hoc exposcat non potest persona spiritualis pro
secularia commutari nec conuersus potest dari pro laico
Quod enim semel deo dedicatum est amplius ad humanos
usus conuerti non debet Queritur an permutatis rebus
contrahitur empcio et vendicio dico quod non quia permutacio
semper fit interuentu rerum Empcio vero fit aliquando
sine re Nota quod ex sola convencione permutacionis re
nulla hinc inde secuta nulla accio ex contraria re de
mum secuta sed statim non competit. Hec accio sic dicitur
in mutuo Sic eciam dicimus in societate in tutela in dote ubi
oritur accio ex contractu sed non statim competit nisi so
cietate uel tutella demum vel matrimonio soluto Sed si
ex una parte res est secuta ex altera non et si pactum non
est vestitum nulla accio oritur Sciendum de permutacione
quod rem meam mobilem propria mea auctoritate possum permutare
quia sum dominus ipsius Inmobilem autem rem permutare oportet de

Scitu et voluntate domini fundi ad quem pertinet

De locatione et conductione capitulum vicesimum primum

Quid sit locatio et conductio. Cuius dicatur locator. Quis conductor. Qualiter contrahitur. Que res possint locari. Que actiones ex locato et conducto oriuntur. Quibus de causis locator possit inquilinum suum expellere et e converso. Quibus casibus possit conductor domum deserere invito locatore et tempore locationis. Et de tempore solutionis pensionis sive mercedis de ipsa re locata. Primo ergo locatio est concessio persone facte ad usum rei mercede et pecunia numerata convenienta. Locator dicitur qui rem suam alium uti permittit pro mercede conventa ut cum loco tibi domum meam ad inhabitandum ego sum locator tu conductor. Contrahitur obligatio et conductio modis quibus contrahitur emptio et venditio visum est. Ideo que in superiori rubrica dicta sunt de consensu de rebus et de precio hic intellige hic repeti. Locari possunt omnia que vendi possunt quia ista similia sunt locatio et venditio ac conductio quia neuter horum contractuum est gratuitus id est gratis datus. Nam semper intervenit merces et precium deputatum. Ex hoc vero contractu nascuntur actiones ut actio ex locato actio ex conducto. In actione ex locato venit in primis merces solvendi de qua conventum est. Secundo rei locate destimatio. Tercio rei locate in honesta habitacio. In actione ex conducto promissi servatio domus refectio. Et potest fieri locatio ad tempus vite conductoris et si infra tempus locationis conductor moritur heres eius succedit. De tempore vero solutionis pensionis id est mercedis dubitatur. Quedam enim leges volunt quod in principio quando conductio est facta tunc statim conductor tenetur de mercede. Alia iura volunt quod in fine quia merces maxime in fine datur. Ego tamen puto consuetudinem et morem patrie in hiis fere servandum et sic ut est conventum. In aliquibus enim

quod in medio sicut dicitur de solario quod fiscus dat. Alia iura volunt

Quid sit locatio

Quis dicitur locator.

Qualiter contrahitur

locatio

Quae res potest locari.

Quae actiones

sed ad annum in perpetuum ad tempus

Tempus locationis

Tempus solucionis

Provincys · soluitur tota merces in quatuor tēpoibꝰ
anni In aliqbus in duobus in aliqbus in fine tota · anni
datᵘʳ Eciā in aliqbus partibꝫ locator per se pignorat
inqͥlinū pro censu domus In aliqbus agit pro ipso
tota Iudicꝫ Alia consuetudo si locator demigrauit
inqͥlinū tūc per se pignorat eū Si non tūc agere opꝫ
tet eū pro censu locator siue domiꝰ domus pt īqͥlinꝫ
suū expellere quinqꝫ de causis Primo si ipe locator
tpe locacionis domus duas habuit et quam ipe inha
bitabat igne vel casu perijt Scdō si domus locata ne
cessaria refici propter aliquē casū q̄ demū vo venit · et
tempe locacionis nō fuit necessaria Tercio Si loca
tor maximis debitis vel oneribus fisci deīno grauatᶻ
Quarto Si conductor peruerse ~~conuersatus~~ [viuat] in honeste
domū inhabitet Quinto cū inquilinus per bienniū
pesione non persoluat fiscus vero statim inqͥlinꝫ ex
pellere pt non soluto cēsu Et nota q̄ ī pmis tribꝰ casi
bus pensio deducitur pro rato tempis in alys vero
nō econuerso Inqͥlinus pt domino domus inuito deserere
domū Primo domiꝰ domus non tenet totū coduc
tori q̄ ei promisit Secundo si necessaria domus nō
reficit Tercio Si ab instancys et iniurys vicinorꝫ
suorum eum nō defendit Quarto Si domus ruino
sa minatur casū Quinto si incendio ignis dni culpa
est cōsūpta Et nota Si conductor nūqꝫ intrauit do
mū vel si intrauit et nō causa exigente exiuit tūc
adhuc oportet eū censū persoluere totalitᵉʳ Nisi do
miꝰ domus de domo sua se intromisisset vt aliꝫ
inituis locasset tunc ī nullo sibi obligatur ipe con
ductor Queritur vtrū sit locacio vel conductio si
quis dederit sartori pannū ad sarciendū vestimēta
vel aurū aut argentū aurifabro ad faciēd sigillꝫ
vel anulos nulla mercede statim constitutā sed p̄ij
ea tm̄ daturus quantū dare consueuit Dico q̄ nō
ē locacio nec conductio ppͥe sed ē eo nomine Verbis

Quibus ex causis pos
inquilinus pelli.

Quam ob causam
inquilinus deser
domum.

Occupa :

Fraudis veritate tenetur totum lucrum. Et preterea
societati oportet comunicare cum socijs suis. Secundo
solvitur morte socij quia qui societatem contrahit
certam personam sibi elegit morte vnius socij et
si consensu plurium sit contracta nisi in societate sit
contracta sive convencta. Quarto si finis est negocio
impositus. Quinto publicacione vnius socij. Dum enim
vniversa bona eius venduntur. Nam cum in locum eius
alter succedit pro mortuo habetur. Sexto si propter
publica privata debita bona socij venduntur. Sep
timo si quis ex socijs socius socium convenire potest
Si quid doli commisit aut quid sua culpa factum est vel
desidia aut negligencia culpa tamen non ad exactissimam
diligenciam dirigenda est. Sed sufficit talem diligen
ciam in communibus rebus adhibere socium qualem
rebus adhibetur. Nam quis socium parum diligentem
sibi assumit sibi ipsi habet dampnum. De manda

to Capitulum xxiiij

De mandato. Quid
sit mandatum quot modis contrahitur quis
mandatum servari non debet. Quod nullus
debet excedere fines mandati. quot modis solvitur
mandatum. De susceptione mandati. Quot sunt species
mandati per que verba contrahitur mandatum. De
primo mandatum est officium gratuitum ab eo qui ipsum
suscepit mandatum. Secundo gratia mandantis. Tercio
gratia vtriusque scilicet mandantis et mandatarij. Quarta
gratia alterius tantum. Quinto gratia mandantis et alte
rius gratia. Gratia mandatarij fit veluti si quis tibi man
dat vt pecunias tuas pocius in empcione colloces quam
feneres sibi aut econverso. Et ex illo mandato nulla
oritur actio quia est consilium non mandatum. Sed ex con
silio nullus obligatur. Quilibet enim per se potest
explorare vtrum tale consilium competit an
non. Et secundum hoc facere. Gratia mandantis fit tamen
sit mandatum. veluti si quis tibi mandat ut emas

Tertio si finis negotio impositus

alias

Finitio

Mandatum contrahitur quinque modis. Primo gratia mandatarij .i. Illius qui suscipit mandatum. Secundo &c.

Gerendi ... suscipiendi

Negociū geras seu ut fundū sibi emeras Aut pro
te apud creditorē sponderes suarū rerum pro periculo
Tercia utrinsque fit mandatū vel emas vel excedas
michi et tibi hoc vel illud vel spondeas pro nobis:
ambobus Tercia tm̄ fit mandatū ut si q̄s te mandat
ut sibi et ei fundū emeres et ipsis ambobus sponderes
Mandatū quod ē contra bonos mores nō ē obliga
torium etiā si iuramento vel culpa sit vallatū ut si
quis tibi mandat q̄ furtū aut homicidiū aut iniuri
am alicui facias Ex hoc mandato nulla oritur actio
ille qui exequitur mandatū · non debet fines man
dati excedere alioquin non habebit actionē contra
mandantē ut ego te ut fundū emas aut pro me spon
deas pro xx · et tu emis aut spondes xxx · et nulla actio
contra habere poteris quia non amplius quam in xx
emere vel spondere commisi Soluitur mandatum
recte contractū Si adhuc re integra fuerit renocatū
Soluitur etiā ex integro Si adhuc mandato mors al
terius vnius · i · mandantis et mandatarii interveniat
scienter Si ante mandatore mortuo te ignorante
executus es mandatū hec ignorancia te nō excusat
quando soluere tenearis quod emisti vel excedisti
Nam stricto iure nullus a debitis liberatur nisi
soluat illis quibus soluere tenetur Datur a man
datario actio contra heredes mandātis Simile est Exem:
huic Si q̄s habet famulū cui debitores suos repe
tendos et debita accipiens suscipienda commisit et si ig Solutio dubij
noratibus debitoribus illum a se remouet Unde postea
debita a debitoribus petit et percipit utique nō libe
rantur debitores quia illi nō soluerunt cui soluere
debuerunt Datur tamen debitoribus utilis actio
contra creditorem quia ipse debitoribus remotionem
famuli significasse debuit cū solucione interdixisse : debitorum
Mandatum vero suscipere cuilibet liberū ē Susceptum
autē ē consumendum aut quam primo fieri poterit.

Remittat ad eum ut mandator per semetipsum vel per alium
rem suam consignet Nam si ita factum non fuerit actio
mandati locum habebit contra mandatarium Manda-
tum potest fieri pure vel in die vel sub condicione Mandatum
dixi esse gratuitum id est gratis factum Si enim mercede constitua-
tur tunc locatio vel conductio intelligitur Si sine mer-
cede quis suscipit mandatum tunc actio mandati aut de-
positi contrahitur Unde si quis sartori dedit vesti-
mentum ad sarciendum nulla mercede constituta aut
promissa illi actio mandati competit Contrahitur
autem mandatum per hec verba rogo demando pro meo
consilio et per similia De obligationibus quasi ex con-

De Obligationibus tractu Capitulum xxv:-

quasi ex contractu Nota quod aliquis dicitur
obligari quasi ex contractu quinque modis Primo
gerens negotium alterius sine mandato veluti cum quis
absentis negotium gerit sine scitu ipsius Ex hoc oritur
actio que vocatur negotiorum gestorum et domino rei geste com-
petit actio illa directa adversus eum qui gessit Negotium
vero gestori competit actio contraria quas actiones a nullo
contractu nasci manifestum est ergo quasi ex contractu:
Iste vero cuius negotium gestum utiliter etiam ignorans
obligatur illi ad expensas qui negotium gessit tenetur administra-
tionem et rationem reddat ~~dum~~ domino cum exactissima ex
factum negotium Secundo tutor tenetur pupillo ad tutele
actionem directam Econtra tenetur pupillus tutori
si quid impendit in rem pupilli vel si pro eo fuerit obli-
gatus vel suam rem creditori eius pro ipso obligavit
Et cum nullum negotium inter ambos est contractum
Ideo quilibet tenetur alteri quasi ex contractu Tercio
si inter aliquos sit res communis sine societate sicuti
Si ~~quis~~ ipsis pariter aliqua res est legata vel dona-
ta et alter eorum alteri non curaret communi dividere
iudicio Vel quod unus solus fructum circa re perciperet
Aut quod socius in eam rem necessarias impensas fecerit

Isti nichil inter se contraxerunt Et crimen ex malefitio
hic non e factu Ergo quasi ex contractu videtur Idem
iuris e de eo qui coheredi suo familie diuidende obli-
gatur Quarto heres legatorum nomine no ppriis ex con-
tractu obligatur quia neqz cu herede neqz cum defuncto
illu negociu legacionis gessisse dici potest Sed quia
non ex maleficio obligatur igitur q̄si ex contractu dici
obligari quando tamen quis per errorem soluit no debi-
tum quasi ex contractu videtur debere no tamē ex con-
tractu sed pocius ex distractu obligatur q̄ eni pecuniaz
animo soluendi dat in hoc dat ut negocium distrahat
pocius quā contrahat et pptrea is qui percipit obliga-
tur illi ac si ei mutuū daretur et ideo actione condicti-
cia tenetur

De Solucionibus Capitulum vicesimum vi^m

De Solucionibus Quia solucione eius q̄d debetur
omnis obligacio tollitur Ideo post contractu
de obligacionibus seqtur de Solucionibus Vide-
dum igitur Primo quid sit solucio Quot eius species qs
soluere possit et cui De Primo Solucio e eius quod debet
solucio aut reddicio Vel sic Solucio e obligacōe liberacio Fi
Due sunt spēs solucionis Vna naturalis alia ciuilis Diuisio.
Naturalis et vera fit per reddicionem eius quod debet
Ciuilis solucio fit nunc septe modis vt per acceptilaconez Ciuilis Solutio.
per nouacione per delegacione per compensacione Per
successione per obligacione per deposicione per significaci-
onem per fructum recepcione Per pactu de no petendo po
per acceptilacione i per verborum solucione Acceptilacio Acceptilacio quid
dicitur ymaginaria solucio vt si qs alteri tenetur dece
et quia sermicium fecit illi cui tenetur dimittitur sibi debi-
tum Dicitur liberatus per acceptilacione Quod enim
contractu est verbis dissoluitur verbis per nouacionem
i per fideiussionez vel condicionem vel cum per alia viaz
tollitur obligacio Per delacionem tollitur obligacio vt
per nuciu per cōpensacoz vt quando aliqd dabit pro
alia re vt ego obligor vi^n tibi et do tibi frumentum p

Successione ut quando creditor succedit debitori et
econverso per obligacionem secundaria tollitur ~~prima~~ prima
per depositionem ut quando id quod tibi teneor depono
aput aliquem per consignacionem tollitur obligacio
quando per fructum meorum perceptionem de rebus meis
debitum sumuntur obligacio tollitur solvere debet et te-
netur principalis et heres eius solvere debet fideiussor
et heres solvere potest extraneus pro debitore etiam
ignorante debitore et in vito adhuc liberatur x Omnes
obligaciones que consensu contrahuntur contraria
voluntate dissolvuntur ut A emit unam vineam a B pro
decem florenis re non secuta nec re tradita nec precio
soluto placuit eis ambobus ut discederet ab empcione
et sic invicem liberantur Idem iuris est in omnibus contractibus
qui ex consensu contrahuntur ut locacio et conductio
Nichil enim iuri naturali ita conveniens est quam ut
eo modo solvatur quo modo ligatur si verbis verbis
si rebus rebus etc Et hec de obligacione et solucione ex
contractu faciant **Rubrica de contractu Capitulum**

XX. Septimum

Quia supra mencio facta est
de contractu Videndum est ergo nunc quid sit
contractus Quot eius species Contractus proprie est
ubi voluntate hinc inde oritur obligacio ut patet in
empcione et vendicione locacione et conductione Ven-
ditor enim tenetur emisti ad rem prestandam et emptor
tenetur venditori ad precium solvendum Contractus qui
dicitur ubi solum ex una parte oritur obligacio Sed libe-
racio ut patet in credito et deposito Contractus vero
magis improprie est ubi nulla ex parte oritur obligacio Sed
liberacio ut patet in translacione ubi fit obligacionis
distractio vel obligacionis dissolucio Contractuum ve-
tres sunt species alii dicuntur nominati ut empcio et ven-
dicio locacio et conductio qui ideo nominati dicuntur
quia nullum vocabulorum alteri significacionem suam tribuere
possunt Non enim empcio potest dici locacio vel econverso

x Soluendo ei cui debetur a... debitor non liberatur

Contractus im
propprie

Nominati Contractus

Dic de aliis contractibus Alii contractus dicuntur in-
nominati ut do ut des facio ut facias do ut facias
facio ut des De primo exemplum in permutacione de ſecundo
exemplum in promiſſione. de tercio in donacione de quarto
exemplum in edificacione Et dicitur innominati contractus
quia nomina eorum ſunt ita varia quod certa omnibus contracti-
bus poterint comodari unde do ut des h accomodatur
empcioni et vendicioni dat enim venditor rem ut emptor
det precium Similiter locator preſtat ei uſum ut conductor
det penſionem et ſic de aliis Contractus magis innominati
dicuntur pacta et hoc ideo quia pacta accomodari non
poſſunt nominatis et innominatis contractibus eſt enim pactum
ita generale nomen quod cunctis contractibus poteſt como-
dari Et nota quod ſupra in rubrica de iure perſonarum
oſtenſum eſt quod poſſunt facere contractum et qui non et determina-
re neceſſarium de hoc

Innominati Contractus

De obligacionibus Capitulum xx·octauum

De obligacionibus ex maleficio
et primo de furto ſuperius viſum eſt de obligaci-
onibus ex contractu vel quaſi ex contractu
Reſtat nunc de obligacionibus ex maleficio vel quaſi
ex maleficio Et primo nota quod hee obligaciones omnes
ex maleficio unius gradus ſunt nam ex re malefica
naſcuntur ut ex furto rapina iniuria damno et ceteris
de quibus omnibus per ordinem eſt dicendum et primo de furto furti

De furto furti Capitulum viceſimum ix.

Quid ſit furtum unde dicatur quot ſint genera ſive
ſpecies furtorum quod aliquis dicitur fur ex loco ubi
furtum non fit Cur furtum committitur ex uſu rei aliene Cur
furtum committitur ex comodato quod ex commiſſo committitur
quod ex promiſſo committitur aut ex licencia aut ex conſenſu.
quod aliquis furti tenetur et punitur quod per ſe furtum non
fecerit. quod aliquis furtum commiſerit et fur non punitur
in quibus rebus fiat furtum Que acciones oriuntur ex furto
Cui competat actio furti Contra quem competat Et modo
agatur contra furem Cur aliquis ſine re poteſt furtum

Definitio furti
x alienæ mobilis et cor-
poralis q[uod] fit animo
lucrandi vel gratia rei au[t] x

Interpret: defini:

Quæstio

Seq[ui]t[ur] solutio

Facere. Que pena furti. De primo furtum est contractio
fraudulosa invito domino rei aut possessoris [vel] usus.
Dixi contractio id est amotio vel ablatio sive fiat per porta-
tionem depulsionem deductionem vel agitationem quia hoc non fit
furtum licet voluntas aut verbum scriptura interveniat
sola enim cogitatio furti faciendi non facit neque verbum
neque scriptura nisi aliquid facti sequatur vel intervenit signum
Dixi fraudulosa quia si quis aliquo errore ductus suam
rem existimans esse et iuris ignarus eo animo rapuerit fur-
tum non est. Queritur si domino rei liceat rem suam per
vim auferre a quolibet possessore dico iudicio mediante
furti non tenetur. Dixi invito domino quia si credit dominum per-
missurum et si subest iusta causa credendi forsan quia frater aut
consanguineus vel socius domus furti non tenetur. Dixi a-
liene rei quia rei illius quem ea simpliciter in ea furtum
non facio. Secus est. Si aliquis habet istam rem meam vel
si alius in ea ius habet veluti creditor vel bone fidei
venditor vel emptor. Furtum quidem in hoc facio et teneo
ex actione furti sed tamen res non est furtiva. Dixi mobilis
quia immobilis res auferri non potest propter immobilitatem. Et cor-
poralis quia res incorporalis nec tangi nec tractari potest.
Dixi animo lucrandi ut si quis meretricem rapuerit vel
celaverit causa libidinis furtum non committit quia non
intendit eam conservare. Dixi gratia scilicet contra iustitiam
rei retente. Dixi gratia possessionis scilicet per vim vel occulte
possessam. Hi omnes furti tenentur et puniri debent.
Dixi gratia usus notum posset enim creditor pignore uti
ut deferendo aliquam vestem brevi tempore ne eam
tinee demollirent. Quod idem est depositio quo quis uti
possit sine omni damno et sine fraude. Dicitur autem fur-
tum a furvo nigro id est obscuro vel opaco eo quod tempore obscuro
et plerumque in nocte fit. Et dicitur a fraude vel auffe-
rendo que in furto semper contingunt. Furtorum due
sunt species scilicet manifestum et non manifestum. Manifestum est
furtum cum quo deprehenditur fur. Sine eo quo devenit

Ad locum destinatum Non manifestum est furtum cum quo non
comprehenditur fur sed res ipsa furtiva Manifestus fur
dicitur quatuor modis Primo quando fur deprehenditur cum
re furata sive habebit eam in manu sive in dorso Secundo
quando deprehenditur in eo loco ubi furtum est factum ut in
camera vel stabulo equorum furtum faciendo et nondum egressus
ianuam comprehenditur Idem in vineto uvarum et oliveto
olivarum in pomerio sive in prato furtum facit et ibidem de-
prehensus Tertio manifestus fur est quamdiu furtivam
rem tenet et deprehensus fuerit in publico sive in privato
a domino rei sive ab aliquo antequam perveniat in eum locum
in quem perferre vel deponere rem furtivam destinat Quarto
manifestus fur est qui cum furto agitatus ubicumque locorum
h[illegible] fuerit et furtum proicit tunc furtum debet sibi proponi
super collum suum et sic iudici presentari Nota etiam quod aliquis
dicitur occultus fur quatuor modis primo in eius domo est
furtum repertum vel oblatum vel prohibitum vel non exhi-
bitum Conceptum furtum dicitur cum apud aliquem res fur-
tiva sit quesita et inventa testibus presentibus Quamvis
ipse eam non surripuerit Oblatum furtum dicitur quando res
furtiva est alicui oblata et apposita ut potius apud eum
reperiatur quam apud furem Prohibitum furtum dicitur cum
quis rem furtivam querere volens apud aliquem testibus
presentibus non permittitur querere ymo prohibetur Non ex-
hibitum furtum est quando quis rem furtivam quesitam et in-
ventam exhiberi et videri recusat Palam est quod omnes
qui rem furtivam susceperint celant conservant emunt
occulti fures sunt Item furtum enim non solum committitur ex ab-
latione rei aliene invito domino ut veluti si creditor utatur
re pignorata vel is apud quem res est deposita aut deputata
Item is qui rem vendendam recepit et in manum usum transferat
ea quasi eius gratia est ei concessa Veluti quis si quis argentea
vasa accommodaverit quia aliquos ad mensam suam invitaturus
et ipse ea longo tempore non restituerit vendit vel obligat vel ven-
dat alteri donat vel alienat furtum facit Item si quis equum

Spaciandi causa in ciuitate comodauerit et in curru suum uel
aratrum imposuerit aut ipsum alteri ad labores comodauerit
uel donauerit furtum committit ¶ Etiam species est furti de alieno
largiri uel alienum vendere uel obligare uel acomodare ¶ Vnde
si famulus qui eciam domini inuito domino uel ignorante equum uel
aliam rem alicui acomodauerit furtum committit si sciat
dominum hoc permissurum et contra eius voluntatem ¶ Si autem
quis intrauerit domum vicini sui aut amici et sumit equum
aut aliam rem non animo furandi credens id est de voluntate
illius cuius est res non committit furtum ¶ Etiam furtum non
committitur nisi animo fraudendi ¶ Voluntas enim disting-
uit maleficium ¶ Quicunque de re publica aut de re fidei sue
commissa aliquid aufert aut in vsum suum conuertit aut a-
lias donat aut comodat vendit uel obligat turpissimus est
fur ex eo quod fidem suam frangit cum sibi commisse et ergo est du-
plici pena puniendus ut videbitur loco suo / nam furtum
facit et fidem suam frangit ¶ Iudices vero furti rei tenentur
qui promittunt uel constituunt aut consenciant furtum fieri et
qui fures non captiuant / nec super ipsos iudicant et qui noxi-
os pro pecunia dimittunt aut fures celant qui omnes
illi furti sunt ¶ Rei furti tenentur omnes qui fures hos-
pitant et qui furta scienter obseruant qui emunt scienter uel
vendunt qui cum fure in furto habent partem ¶ Nam facientes et
consencientes pari pena percellentur ¶ Interdum furti tenentur
et puniuntur qui per se furtum non faciunt sic qui consilium auxilium
uel ope dedit ad furtum faciendum ¶ Consilium dat qui persuadet
instruit inducit uel impellit aliquem ad furandum non tamen
consiliens furti tenetur nisi sit furtum subsecutum ¶ Nam con-
silium est ad utrumlibet ¶ Homo enim potest consilium sequi uel non
¶ Auxilium dat qui concedit seruos ad res furtiue suscipiendas
uel etiam concedit equos ad furandum faciendum ¶ Ope dat qui parat
ad res instrumenta furtiue suscipiendas uel si scalam con-
cedit ad scandendum in fenestras domorum ¶ aut foramenta
parat ad perforandum domos uel ad muros rumpendum
seu rumpendos aut hostia effringenda et preparent claues

q

Falſos ad ſcrinia aperienda aut cultros q̄ cultellos
et cornua ad burſiciendū et ſimilia Iſti omnes occulti
fures tenentur Item q̄ rem inveniūt et nō reſtituūt re-
quiſiti pro ea furti tenentur quāuis furtū nō fecerint
non tamē furti pena puniuntur ſʒ reſtituere cōpelluntur
E contrario furtū facit aliquis ſʒ non cōpetit furti actio
nec punitio ut ſi uxor marito filius familias prī ſervus
proprius dño ſuo aliquid ſubtrahat vel ſurripiat furtū
quidem faciunt et res in furtivaꝫ cauſam cadit nec tamē
furti actio ex hoc inter eos naſcitur iuſto nec in penam
corporis neqꝫ rerū Si autē conſilio vel opere alterius
furtū tale factū ē idem furti tenetur et punitur pena q̄
ſine ipo furtū factū nō eſſet Similiter pueri et decrepiti et
furioſi et ſtulti naturaliter non puniuntur in corpe non
pro furto Cum nō habent diſcretionē et neſciunt quid
faciunt Si autē filiusfamilias habet de adventicio vel
de ſuo pprio aut de labore vel ſervicio de illis ſatiſfacere
debet prī de furto perpetrato et ecōverſo pr̄ filio dñs
ſervo uxor viro nō habens adminiſtrationem rerum
marito [illegible] ſatiſfaciet Si vero ē negociatrix tr nō tenē-
ad reſtitucōꝫ vel ſatiſfactionē marito quia ſic ad patria
iudicatū Idem dicitur de pueris et decrepitis ſi faciūt ali-
quibus dampnū et habent bona ppria de hys debet tuto-
res eorū leſis ſatiſfacē et dampna recompenſare nec de-
bent ī corpore nec ī menbris moleſtari Excuſatur autē
fur a pena furti ſi pro neceſſitate extrema ſc̄ famis q̄ frigoris
furatur cibū aut veſtimētū aut alia neceſſaria in parva
quātitate ſicut una vilem rem antiquam tunicā aut
vile pallium et ſimilia et hec racio q̄ ſi hodie furaretur
tunicaꝫ eius pelliceaꝫ vel capuciū vel bonū veſtimentū
iſte eet puniendus Extrema eīn ē ſine qua homo vivere
nō pt ut ē victus et veſtitus nō ſolū autē rei aliene fur-
tū quis facit ymmo etiā rei ſue pprie pt aliquis furtū facere
veluti ſi quis rem quā creditori ſuo pignoris cauſa dedit ſur-
ripiat Idem ē de depoito ꝫ ſic autem furtum ppe in re

Nobili et corporali ut^s dcm e in diffinicione furti et dico
in re mobili per invasione occulta vel tradicioz castroru oc-
culta ciuitate domoru et per fraude ut clarius supra patet
Et no q furtu no solu fit in rebus s3 ecia in persois veluti si
qs homine liberu subtraxerit et eu vendiderit donauerit vel
emerit scienter furtu comittit et furti pena punietur. Seq^r

De Ex accionibus furti Capitlm xxx.

Ex furto tres actiones nascunt^r sc3 criminal ciui-
lis et condicionalis Et altera illaru accionu cum
ad alia actor venire no pt Et si dns rei furate agat contra
furem pro re furata tunc sartor vel rasor vel sutor pro re
sibi comissa liberabitur et econverso Accio furti primo et prin-
cipaliter competit domino rei pro re furata Scdo copetit
bone fidei emptori a comissori aut comodatori a dpositori
quia horu intere rem ipis comissaz salvam servare et cu-
stodire Item accio furti fit contra fure si criminalit aga-
ad pena pecuniariaz Si vero ciuiliter tunc ad pena leg-
lem Si condiccoe tunc ad re furata restituenda Tribus ergo
modis agitur contra fure sc3 ciuiliter. legaliter et codicoe
Pena furti i accoe criminali seu legali no est sp occisio vl
ecia aliquando fustigacio vel cu scopis cesio vel per dentes
cremacio aurium seccio vel in fronte cremacio cu ferro ignito
et similia scdm iudicis arbitriu et furti quantitatem vel
qualitatem Pena furti manifesti in accoe ciuili e quad-
ruplum scdm iura antiqua Pena vero furti occulti duplu
Pena furti quo ad consciencia in simplu restituere cu fructi-
bus perceptis inde vel qui percipi potuissent Et si illa rem
peioravit tenetur ad supplementu Si vero eam melioravit
nulla petat recompensacione Et si res furata perijt solvat
eaz sicut illo tempore quo plus valuit estimatur liberu e
domino rei aut alteri pro re furata agere aut ciuiliter vel
criminaliter aut condicione Furtu eciaz no solu in magni
rebus comittitur s3 ecia in parvis Habet tame hec furta
diversas penas vt supra dictu est Et notandum q non
solum q furto ablatu e attenditur s3 eciam voluntas et

Malitia furantis Ut si quis furatur sellam multo libencius
furaretur si posset equum et secundum hoc iudicetur Consideratur
etiam in furando tempus et hora ut nox et dies Similiter locus
utrum in sacro vel prophano loco et res furata si sacra vel non
sacra Sciendum etiam quod furtum solum animo commissum voluntate
furandi punitur quamvis factum non sequatur Et hoc secundum
per coniecturationes atque signa ut si quis perfodit domum ut
furetur quamvis factum non sequatur tamen mala voluntas pro
facto accipitur ex signis Idem in incendariis qui in occulto
portant ignem ut incendant sic deprehensi seu deprehensi
sic puniuntur Idem in volentibus spoliare et in vasorlbus
rerum Idem qui virginem vi prostravit volens eam deflorare
Idem iuris est si quis ad hostium domus alicuius probi viri
suspendit thedas vel appendit scopas cineres ensem vel gladium
cruentatum Idem in multis aliis similibus Et breviter ubicumque
invenies contrectationem rei aliene contra voluntatem domini rei ibi est
intelligitur furtum commissum sive fiat ex loco ex usu ex credito et
mandato vel deposito ex commisso ex empto ex vendito Et sciendum quod
actio furti est ita famosa quod nec princeps nec preses provincie nec ali-
quis iudex possit facere de iure quod furti dampnum non sequatur in-
famia Possunt enim culpam mandato condampnato et penam pro
furto dimittere Infamia enim pro furto suberta dimittere
non possunt ullomodo Nota est duplex infamia canonis et legis
secularis Et dicitur actio famosa quasi plena infamia Item
furtorum quedam manet in nomine generali quedam transeunt
ad nomina specialia ut furtum rei sacre dicitur sacrilegium Et furtum
rei publice dicitur peculatus qui liberum hominem furantur
dicuntur plagiarii qui pecora abigunt aut armenta sunt
abigei Et nota quod omnis res furtiva a nullo usurpari potest an-
tequam in domini potestatem revertatur Ultimo nota quod sicut
sunt multa et diversa dampna furta ita sunt varie et di-
verse pene eorum quidam enim fures puniuntur in cor-
pore tantum quidam in rebus tantum quidam in
honore tantum quidam in omnibus istis ut inferius patebit

Sequitur capitulum de sortilegio xxxviiii

De Sacrilegio quid ſit ſacrilegiū Quot
modis cōmittitur que pene eius Sacrile
giū e furtū ſacrarū rerū Sacrilegium
triplicit(er) cōmittitur aut em̄ aliquis furatur ſa
crum de ſacro vt ſacras res de eccleſia Aut furat
ſacrū de non ſacro ut res ſacras de domo communi vl
de camera · aut furatur nō ſacrū de ſacro ut libros
miſſales candelas et ſimilia de eccleſia Similit(er) res
laycorum fugatas vel depoſitas in eccl(es)ia vt frumenta
et cetera bona Pena illorū qui furantur ſacra ec
cleſiarū animo furandi quamuis furtū nō ſequitur
Qui vero furantur nō ſacra de ſacro quātumcumq(ue)
parva ſuſpendiū meretur Quidam tyrān dicunt
q(uod) publica rapina ſit admiſſa vt habeant aliqua penā
quod e contra iſtam rubricā que dicit q(uod) ſi quis rem
ſuā alicui accomodauerit p(ro)pria vi auferre non debet ab
illo et q(uod) eciā pro minima rapina raptor ſit puniendus

Quid De Raptoribus Capitulum xxx ſecundum
ſit raptor Quibus fiat rapina quibus modis
cōmittitur quot modis fiat Que et q(uo)t acciones
ex rapina oriuntur · que pena raptorū De primo raptor
eſt improbus fur qui plus offendit quā fur ergo quia
vito domino et aliquando ignorante rem alienā p(er) vim
publice et ſine timore capit et aufert Fur autē ſolum
occulte et cū timore magno furatur Et fit autē rapina
in rebus et in perſonis p(ro)prie tamē in rebus fit rapina Sed
raptus in perſonis et p(r)incipalit(er) in v(ir)ginibus Crimen
rapine cōmittitur ſex modis ſc(ilicet) publice priuate cū armis
ſimpliciter et cū condicione Aut congregacione Et ſecundum
hoc diuerſe ſunt pene raptorū Publice fit cū ali
quis per vim ſine congregacione res alienas aufert
et rapit querens ſi ſunt ſacre aut de loco ſacro rapte
et fit ſacrilegium priuate fit quando quis rapit ecclis vel
ſine congregacione Et hic veſpilio dicitur vel predo Si a congre
gatur cum aliis pro rapina tunc raptor cū armis et congregacione

Ni quadruplo punitur si habet si vero nō habet tūc
suspenditur vel aliquo mō punitur alio Si autem
agitur criminaliter ut ꝓpter vim publicam in insulam
relegatur ꝓpter vim p̄uatam ab omni dispositione rerum
suarū et testamenti factione secluditur Ex Rapina
tres oriuntur actiones ciuilis criminalis et conditiona-
lis vt supra dictum ē de furto q̄a ridiculū esset lenioris
fore condicionis qui vi rapitur quā qui clam surripit
igitur hec actio vtilis et efficax ē eciam si minima res
rapiatur ista actio rapine per vim eciā competit si dolo
malo q̄s rapuerit si autem errore ductus aut iuris ig-
narus existimans rem suā ēē et eo animo eā rapuerit
quia vnicuiqȝ domino licet suā rem mobilem aut imobi-
lem auferre ab omni illicito possessore talis debet per se-
tenciam iudicis absolui vel ipso iure ab actione vi bonorum
raptorū q̄a furti nō tenetur qui hoc modo rapiat Sed
ne turpissimi raptores impune suam exerceant maliciam
constituta ē vna lex Nō licet alicui vi rapere rē mobi-
lem aut sese mouentem licet ipse eam rē suam existimat
et si contra hoc fecerit dn̄o rei sue carebit sed et rē alienam
raptā a valore eius in duplo restituere cōpellatur Et
nō solū in mobilibus rebus rē obtinē censemus verū et
ī mansionibus et q̄ cū res ī mobiles sūt ꝑcipimus obseruare
et hoc ideo fit vt ex hac pena hoīes ab oī rapina abstineant
ē enī rapina ita iuri cōtraria q̄ si q̄s rē suā alteri comodauit
deposuerit aut locauerit aut pignorari dederit ipse eā ꝓpria
vi ab illo auferre nō pt nec debet vllo mō h̄c verum ē
si potest habē iudicē q̄ faciat iusticiā si nō tūc d' iure auffere
vel per spoliū a' furtū aut tradicionem aliquo nisi modo

De Raptu virginum Capitulum xxx Septimum

De Raptu virginum et mulierum Ista duo principali-
ter facit Primo ostenditur in quo committitur
raptus Secundo ponit penā raptorum Raptus ꝓprie
dicitur virginum et hic raptus fit triplicater vno modo cum

Puella per vim de domo sui patris rapitur et educitur sive
her vis parentibus vel puelle infertur Alio modo cum puella
in domo vel extra domum patris stupratur seu defloratur
sive ea volente sive nollente sive ab extraneo sive extra-
neo ista luxuria fiat quoquomodo corrupcio committatur
et fit eciam raptus nuptarum et sanctimonialium ac ancillarum
et meretricum et puellarum impuberum Nota hic quod
luxuria habet se ad omnem cogitum sicut genus ad suas
species habet enim sub se multas species quarum una est gravi-
or quam altera igitur graviorem penam sustinebit
Cuius species fornicacio adulterium stuprum rapte in-
cestus et contra naturam de penis omnibus illarum habetur
specialiter in libro sequenti Raptor honestarum mulierum
liberarum et violatur earum capite punietur et tota
eius substancia rapte aplicatur in recompensam violencie
sibi facte nec ex hoc ipsa perdit honorem quia voluntas
eius et assensus neque consensus numquam accedere fuit Et eadem
pena puniuntur omnes eius socii et committes Et nota quod
femina rapta non debet eligere consortium raptoris durante
tempus a longe datum quia successione hereditatis pat-
ne privata reperitur si ipsa se ante tempus a longe datum
diffinito maritauerit Si vero quis de familia mea cor-
rumperit filiam meam vel consanguineam in domo mea quod
si educat eam extra domum ea nolente aut in vita privatur
capite pro eo quod fidem suam in suo vero domino fregit
Si autem familius meus prostituerit ancillam meam
in domo mea tunc aut ducat eam in uxorem aut a civita-
te per quietwannum relegetur et hic finides quia tota domum
de honestauit De Predonibus Capitulum Tricesimum
De Predonibus Quid sit simum Quartum
predo Unde dicatur primo que eorum pena
Predo proprie dicitur itinerantes et viatores in
stratis publicis clam et super negociante rebus eorum
spoliat Et dicitur aliquando stipendarius esse predo Quippe

Unde

Stipendys non constat contentus ſ3 alios depreda
dicitur predo iudex qui a ſibi ſubiectis indebitas eme
das extorquet dicitur predo tyrannus qui a ſuis ſubdit
angarias et exactiones extorquet inconſuetas pena
p̄morum duorum predonū ē ſuſpendendū vltimorū
duorū ē in integrū reſtitucio **De Incendarys Ca**
plm xxx quīti
De incendarys Quid ſit incen
darius quot modis fiat que pēa eorū Incen
darius ē qui domos alienas aut ſegetes aut
blada aut arbores voluntarie appoſito igne incēdit odio
vel invidia ꝫ ſit ante incendiū occulte Qui ergo volū
tarie dolo malo igne appoſito incendit Si autem caſu
fortuito de domo alicui⁹ per negligenciā igs exortus
fuit ex quo vicinus ſunt damna illata Illi quibus in
voluntarie h᷒ fcm̄ · Hoc factū ē ſimiliter et groſe iudicet
et modice emendentur Iudici tamen ſemper vna libra
denariorū debetur ſi igs ſuper tectū exortus fuit aut ex
creuerit Quid de iure ē de incendarys et violatoribus et effrac
toribus eccliarū ſcdm̄ leges ii cremen tur ſcdm̄ canones
excommunicentur et nemo pt eos abſoluere niſi papa Fit
publice incēdiū quando quis per vim ā cū congregacōe
incendit vt ecīā diruit alioꝝ bōa vl poſſeſſiones ſine cauſa
aut hereditates **De Vſura Caplm xxx ſextum**
De Vſura Et quia parū differt aut nichil in
ter ē inter furtum rapinā et vſurā quo ad reſti
tucōis legem Igitur de vſura pauca cōſequēter
ſunt dicenda quamuis de foro nr̄o non exstat Et Primo quid
ſit vſura Vnde dicatur vſura In q̄ contractu fiat vſurā
In quibus vero caſibus permittatur vſura Qualit̄ vſura
ry et heredes eorum compellantur ad reſtitucionē vſure
De Primo Vſura ē quicquid ſorti accidit mala i tencōe
precedente vel pacto Dixi ſorte adde notandum contractū
mutui in quo ſolo committitur vſura Nam ex re locata ſi
aliquid datur vel accipitur nō ē vſurā ſ3 merces q̄ rei locate

Accidit Est enim duplex usura Differencia inter mutuum et loca-
tum quia in re locata dominium non transfertur sed in mutuo
transfertur Etiam quia periculum rei locate ad locatorem pertinet
periculum autem mutui ad debitorem pertinet Et ideo convenienter
merces de re locata exigitur et recipitur sed non de usura Dixi
intencione mala precedente quia sepe mala expectacione mutui
usura committitur cum causa mutuandi in hiis principaliter ponitur
Si autem ex caritate seu dileccione fiat mutuum tunc non dicitur
usura quamvis secundario aliquid speret pro retribucione Etiam
forte naturaliter debitor obligatur mutuanti ad antidotum
et ad aliquod servicium faciendum. Dixi etiam sine pacto quia
si gratis et liberaliter offert debitum debitor aliquid mutuatori
maxime post debitum solutum illud non inducit usuram quia illa obliga-
cio suscipienti maculam culpe ingerit que non exacta peticione
procedit usura dicitur quasi usus eris .i. pecunie Moneta enim per-
universaliter continet totum quod homines habent Usura enim solum committitur
in contractu mutui de qua subsequenter hic agitur Mutuum vero
contrahitur in hiis rebus que consistunt in numero pondere et mensura
de quibus supra dictum est Committitur tamen etiam in hiis seu in aliis rebus
que in variatis ut si mutuo tibi pecunias et tu promittis michi
dare equum vel simile quid pro usura censetur In septem tamen
casibus secundum iura canonica licite petuntur usure Primo cum
laico beneficium ecclesiasticum assignetur et si idem laicus male tenet
tunc ut ecclesia vel persona ecclesiastica illud in pignore recipere
ut fructus computabit in sortem ut saltem hoc modo res ecclesiastica de
manu laici redimatur Secundus casus cum fideiussor solvit debitum
et usuras forte quia iuravit tunc fideiussor licite exigit a debitore
usuras quas pro ipso persolvit Nullus autem tenetur ad solven-
das usuras nisi quia iuravit eas dare melius est usuras dare quam
iuramentum frangere Tercius casus est cum petitur usura cano-
nica hec est pena a canone instituta que licite potest exigi ultra sortem Quar-
tus casus est cum petitur usura non tamen usura sed tamquam interesse hoc est
loco dampni vitandi non lucri captandi quia debitor fecit
moram in solvendo de quo dampna evenerunt et illa dampna dicuntur

Interesse non usura ut patet in contractibus bone fidei
in quibus semper dampna adduntur et licite percipiuntur
Quintus casus est in causa locacionis in qua licite per-
cipitur aliquid ultra sortem et ultra rei dominium scilicet merces
que rei locate succedunt Sextus casus est racione in-
certitudinis Septimus cum possessiones sunt a socero genero
pro numerata pecunia pignori obligate tunc fructus
non computantur in sortem quia dos ad hoc instituitur ut onera
matrimonii sustentantur sic eciam de fructibus predii
qui in locum precii succedunt Compelluntur publici u-
surarii et eciam eorum heredes ad restitucionem usurarum
secundum canones quia excommunicantur et corpus Christi ipsis
non datur et in cimiteriis non sepeliuntur Secundum leges
compelluntur reddere quia si non reddant que debent non
redderetur eis quod ipsis debetur existunt eciam infames de iure

Sequitur de crimine falsi Capitulum tricesimum vijm

De crimine falsi et de falsariis supra visum
est de crimine usurarum quo creditor debitori
suo manifeste Hic dicendum de crimine falsi quo
falsarius occulte decipit alienum Igitur videndum est
quid sit falsum sive falsitas Et falsitas est immutacio
veritatis eo quod falsarii et falsificatores student imitari
ea que sunt vera et sic falsa veris similia videantur
Et falsum est omne illud quod est contra veritatem quia falsum et
verum opponuntur Et falsum quatuor modis committitur
scilicet Dicto scripto facto et usu Scripto committitur falsum
si delendo verum scribatur falsum vel scribendo adsertes
tamquam presentes aut scribant quod aliquid sit factum
a toto consilio quod tamen solum fit a parte Item super lima-
rem litteras apponendo vel transumptum aliter scribendo
quam sit in ipso originali Item adulterinum sigillum fa-
ciendo Et nota quod quedam littere dicuntur false quedam falsifica-
te false dicuntur que per falsi suggestionem et veri sup-
pressionem impetrantur Et false sunt littere que etsi

Similitudinē aliquarū verarū lrārū pretendūt
tamen nichil continet veritatis nec verū sigillū nec
verā subscriptionē Sicut et hys falsus dicitur qui nō est
tutor et testamentū dicitur fīm quod iure nō ē factum
et ritte Sed litte falsificate dicuntur que et si aliqd veri
tatis habent puta verū sigillū aliquid tamē immutati
ē de primordio veritatis ut puta ppria nomī a hoīm aut
locorum vel aliquid simile ē derelictū et alia sūt ibi in
scripta lrā ergo dicitur flsificata et subscripta si fuit alieno
sigillo vel signeto signata dū tamē eā q̄ signauit prop
priū habeat sigillum aut signeto dicto vero committit
fīm per iudicē qui contra legem et iura fīm promittat
ꝛ pronūciat Itē per testem q̄ scienter falsum asserit et
verū supprimit Item per aduocatū q̄ fīas constitutiones
allegat Itē mētit̄ principi aut presidi aliquid contra
ius impetrando Etiam committit falsū mendax impetra
tor qui debet penitus carere impetratis Itē q̄ iudices
vel testes vel aduocatos prece vel pcio corrupit Fīm
vero falsum committit̄ qui monetas veās falsificat fīa
sigilla preparat ꝛ instrumenta falsificat Itē custodien
qui secreta aperit aduersario vel q̄ secreta iudicis ape
rit vel reuelat aut instrumenta prodit vsū committitur
falsū cū quis falsis lrīs vtitur scienter excusatur tamen
a fīo si ignoranter ipīs vsus fuerit et h̄ probaē potest
quia falsū nō committitur sine dolo malo Item q̄ se pro
milite gerit et illis insignys vsus fuit ē tamq̄ falsarius
puniendus Itē nō ordinatus q̄ officiū ordinati gerit
et tonsurā defert cū tamē nō sit ordinatus et ut clicus
beneficiū obtinebit Itē fīm committit q̄ tutella vl cura
finita eam nō restituit sed se ingerendo administrat Nō
aliq̄ dicitur falsi aliq̄ falsary ꝛ falsi dicuntur iudices testes
aduocati consiliū et consimiles de q̄bus supr̄ ꝛ falsi dicū
q̄ ore bona locūtur et i corde mala machinantur ꝛ falsary
sunt q̄ vera sigilla et veras monetas falsificant de q̄bus

Supra Pena falsi scdm leges aliquando e deportacio
aliquando e deportacio in insulam Aliquado eni
bonoru publicacio aliquado infistacio aliquando re
legacio aliquando mors seu ultimu supliciu de qbq infra
dicetur in rubrica de penis Pena falsi scdm canones e
multiplex scdm diuersitate falsitatis Qualiter aute
instrumeta de falsitate dicitur suspecta visu e supra de ro-
gacone instrumentor

De sortilegijs et diuinacio|nibus capitulum xxxviij

De sortilegijs et de
diuinacionibq dctm e supra de crimie fsli Sed qr
sortilegij et diuinatores fle assumunt predicere
futura de contingentibus quod ad solu deu pertinet phe-
tas se ee ostendunt cu tamen non sint igit ponit hec rubca
de sortilegijs et diuinacionibq Videndu e igitur quid sit
sors quid diuinacio Quot eius spes Que diuinaco sit pro-
missa et que permissa Qua pena puniuntur sortilegij sa-
crilegi et diuinatores De pmo sors ut hic sumit e ars
diuinandi et futura predicendi Sacrilegij sut q sub noie
religionis diuinacois sciencia profitetur qm scor aplor
sortes vocant Sortilegi sut et dicunt q scripture seu sor-
ciu inspectioe futura predicant hic nota qp mltr sut sor-
tes tame soli duabus licet uti sz sorte diuisionis i tpe-
ralibus et sorte exreuelacoe diuina i spiritualibq uti i elec-
tione bti mathie apli fctm e et quibusda similibus diuia
e futuroru pnosticacio q diuinaco pe semp i malo accipit
sic pphecia in bono Spes diuinacois sut mltr q enumerat
xxvj q iiij de qbq hic pauca recitato Ois diuinaco quo-
cumq modo fiat aut qualitercuq recitetur prohibita est
et dampnata exeo qp huana natura assumit sibi quod
e pprium diuinitatis Sors de se nichil e sed res q sequitur
eam male iudicatur In suma e sciendu qp ois diuinaco
que fit per demones aut per astra dependent ex causis
racionabilibq naturalibq et ex motu solis et lune et plane-
taru a stellaru vel ex impressioe aeris illa e permissa

Ut predicere siccitatem vel pluviam sterilitatem vel ferti-
litatem et cetera. Primo medici possunt dicere futura:
puta mortem vel sanitatem aut infirmitatem. Hic
Nota quod iudicium ferri candentis et aque bullientis
et duelli cuiusque est prohibitum propter duo. Primo
quia deus ibi temptatur. Secundo quia de occultis
iudicatur quod solius dei est proprium. Secundum vero
leges hec et multa alia permittuntur ut contentiones
dirimentur et pax et concordia statuatur. Pena
sortilegiorum et divinatorum per decretes est cremacio
et combustio. De homicidio Capitulum XXX nonum

De homicidio circa hunc titulum. Nota
quid sit homicidium. Unde dicatur. Quot
modis committitur. Que homicidia sunt
sine pena. Que cum pena. Per quos fiat actio pro homi-
cidio. Que pena homicidiarum. De primo homicidium est
hominis occisio ab homine facta non a bestia quefit in tem-
sit in homine libero in proprio servo et in alienis de quibus
omnibus secundum ordinem est dicendum. Dicitur autem homi-
cidium quasi hominis cedium id est peremptio scilicet quando homo
corporaliter occiditur. Homicidium dupliciter committitur
verbo et facto. Verbo committitur tribus modis. Primo
precepto consilio et defensione. Precepto scilicet in iusto
et cum qui potestatem iudicandi non habet. Consilio scilicet
iniquo quando factum sequitur alias non. Defensione quando
advocatus defendit reum in causa criminali. Ubi se ac-
cusator per iurgeit tenetur ad talionem. Facto vero committitur
homicidium cum iudex equo iudicio condempnatum occidi
facit ministerio iuris non odio persone non lucri amore
non precio nec prece a delectatione fundendi sanguinis
humani nisi obediencia et zelo iusticie. Et hoc cum dolore
cordis et compunctione. Necessitate autem inevitabili
committitur homicidium ut cum quis occidit furem vel latro-
nem se invadentem et vi occidere volentem non ex odio

Sed cū dolore vt ſe et ſua liberet et defendat a pdicioē
quia aliter morte evadere nō potuit Si vō necitas
fuerit evitabilis vel qā potuit ſine periculo euadere
vel qr hoſtē ab eo fugientem inſequendo occidit tūc
reus ē homicidij et tamq̄ʒ homicida punit᷑ Caſu vō
cōmittitur homicidiū dupliciter Aut eim qs dat ope-
ram licite rei velut ſi quis ſcrophas vel alias beſtias
pellit de ſegitibus ſuis vel cum fugat aves d' horreis
ſuis et circumſpicit et neminem videns manu vl funda
lapidem mittit vbi nouerat hoīes morari ꝛ conuerſai
et aliqs caſualiter inictu lapidis currens ferit᷑ et
moritur in hijs et in ſimilibus ē innoxius ille q occa-
ſione meriti preſtat Cū aute rei illicite opera dat᷑
nec adhibetur diligencia que debet adhiberi quicqd
ex hoc ſeqtur male facienti imputat᷑ Verbi grā ſagi-
tarij q ſe exercent in arte ſagittaria i loco adhoc depu-
tato ide eſt ſi ceſor lignorum arbore deiecta hominē
occidit ſi prius clamauerit an caſum arborū et homo
tranſiens nō curauerit ſe preuenire extra oēʒ culpam
ē ceſor ſeu putator ecia ſi longe a via ligna cedebat et
licet non proclamauerit qr eo loco nulli erat extra-
neo via verſandi Idem ſi medicus aliquem ſanauerit
et curam eius dereliquit et ide ob id mortuus culpe
reus erit Item Si imperitus medicus curā alicuius
ſuſceperit et perperam i male eum medicauerit et ſi
ob id mortuus ē culpe reus erit Ite ſi inſipiēs mag'r
impetū equorum retinere neſcit aut pter infirmitate
non pt et ob hoc quis trucidatus fuerit morte reus
erit Voluntate fit homicidium duobus modis a'
ex propoſito aut ex obrupto Ex obrupto fit mltis mod
Primo pter res aufferendas et tollendas vt faciunt
latrones vispiliones ſpoliatores et ſimiles Et ſi quis
occidit parentes fres ſorores aut alios ſuos conſag-
neos vt eis in rebus et in bonis et dominio ſuccedat :-

Item Siquis occidit aliquem super negociatore Aut si ali-
quis interficit aliquem per malas insidias sine causa et sine
diffidacione et sine manifesta inimicicia Hec omnia homi-
cidia latrocinia vocantur et hy omnes non habent azilum
i. locum refugy Insidiarum alie bone alie male Bone
sunt quando aliquis ponit insidias malis ut ipsos capiat
Sed male insidie sunt e converso ex abrupto et sine diffida-
cione fit homicidium ex ira et furore ex vituperio et contenci-
onibus et ex similibus et hy si capti non fuerint cum inter-
signo hic est azilum habent i. locum refugy ubi locus ille debe-
tur Item homicidium committit qui clam verbo aut consilio
vel facto vel eciam publice procurat aborsum et hoc ideo quia
non est differencia qui infantem occidit vel semen natum vel
nascendum dummodo nasciturus habeat animam racionabilem
Abortum quandoque fit clam per herbas radices et pociones
Palam fit abortum per plagas calcaciones per saltus
per casum Sed et qui clam machinantur in mortem alterius veneno
consilio auxilio Sed numquid qui si aliquis percutit me et
fugit debeo ne illum in continenti insequi et repercutere dico
quod non quia hec non fiet ad repulsionem vel defensionem sed ad vin-
dictam vel ulcionem quod ad soli iudice spectat Quia ideo ri-
gor iudicialis et tutela iuris publica est in medio constituta
ut nullus sibimet audeat sumere ulcionem Etiam dicit dominus
mi vindicta et ego retribuam Sunt ideo iudices constituti ut
sint mediatores inter partes litigantes Queritur utrum liceat
omnibus vim vi repellere dico quod sic et commune est clericis et
laicis Iniuria rerum et personarum repulsare defendere et re-
petere distinguitur autem quia aut vis infertur persone aut rebus
Si persone tunc vis est semper repellenda antequam fiat nam
et insidiantem licet occidere Si autem quis vim fecerit repellit
potius presumitur quod causa defendendi fecit quam ulciscendi
ut patet in thabernarys et hoc est verum Si defensor volebat
demum percutere alioquin si non non Si vero iniuria rebus
infertur tunc licitum est illatam repellere et inferendam repulsare

Vt sit in obsidione ciuitatum castrorum et dominium. Qu-
autem dicitur vim vi repellere licet sic intelligendum ut
fiat animo defendendi non ulciscendi in continenti et quod fiat
defensio cum moderamine inculpate tutelle et non cum excessu:

Postremo De pena homicidij capitulum xl

Postremo dicendum quod quedam homicidia committuntur sine omni pena
canonica et legali ut sunt homicidia que fiunt
ex iusticia ab illo qui habet iudicandi potestatem. Item necessitate
ineffabili et inevitabili. Item casu ut data opera rei licite. Item
voluntate non animo ulciscendi sed defendendi ut occidere vis-
pilionem predonem vel furem. Licet enim occidere iusto bello. Et nota
quinque requiruntur ad iustum bellum. Primo persona secularis
cui liceat bellare. Secundo bona et res pro quarum defensione
oportet litigare sed pro iniuria et amore iuste debemus
bellare. Tercio causa necessitatis ut per bellum pax acquiratur.
Quarto animo recta intencione et non propter odium nec propter
avariciam aut propter ulcionem sed solum propter iusticiam. Quinto
requiritur auctoritas ecclesie si pugnatur pro fide et principis
terre illius si pugnatur pro defensione patrie. Item licet
occidere insidientem persone alicuius sine causa et vim vi
repellendo eo animo quo dictum est supra non aliter licet occidere.
Quedam autem homicidia puniuntur secundum canones tantum ut
in torneamentis in duellis in occulta procuracione abortus et occulta
machinacione mortis alterius si fiat verbo consilio auxilio vel consensu.
Et si quis percutit mulierem gravidam ita quod abortit ille punitur
secundum leges et canones. Item in sciencie (?) alicuius fugientium iter
qui non incipit occasionem fieri cum potest incipere. Quedam vero homicidia
puniuntur secundum leges et canones ut si quis interficit presbiterum vel se
ipsum vel sine iure vel sine necessitate inevitabili vel casu non adhibita
diligencia quam debet adhiberi vel voluntarie si fiat ex proposito vel ex ob-
rupto.

De hijs qui possunt agere pro homicidio capitulum xl primum

Primo potest agere uxor
pro morte mariti sui et econverso. Secundo agunt filij pro
morte parentum. Tercio si nullus filiorum extat tunc

Proximior illis agat conſanguineus Quarto ſi nulla
conſanguineus extat tunc iudex loco occiſi hominis agere
debet iure vel iure agat. Sed quid ſi unus plures occidit
et ſi plures unum occiderunt Si infans puer vel pupillus
occidit aliquem Si filius patrem aut matrem extra vel ex
tencione occidit aut econverſo Qui non nutrit infantem ſed
exponit et fame perire permittit Si furioſus lunaticus
fatuus vel demens aut naturaliter ſtultus aliquem occidit
Si preſbiterum laicum et econverſo Si quis ſe ipſum occidit
Et de penis omnium homicidarum et de leſionibus membrorum
videbitur infra in ſuo loco **De iniuriis dampno dato**
Capitulum quadrageſimum ii
Superius tractandum eſt de criminibus et de exceſſibus Sed quia ex hiis
iniurie proveniunt et dampna frequenter infe
runtur ideo ſequitur hic rubrica de iniuria dampno dato
Videndum eſt igitur primo quid ſit iniuria quot modis
dicatur iniuria Cui detur actio iniuriarum contra quos
datur in quantum datur Qualis ſit actio iniuriarum et que
pene iniuriarum poſtea dicetur de iniuria dampno dato
Primo iniuria eſt aliquem opinione vel verbo vel facto
Iniuria offendere ſine cauſa Iniuria generaliter eſt omne illud
quod non iure fit Specialiter autem dicitur iniuria iniquitas dicta
contra ius quicquid eſt iniquum Item iniuria iniuſticia contumelia
quaſi iure carens Dicitur etiam iniuria eſt contumelia
a contemno dicta Iniuria etiam eſt blaſphemia vel vitu
peracio improperium Iniuriam facere poſſunt omnes qui
iniuriam pati poſſunt exceptis furioſis et naturaliter
ſtultis et pueris impuberibus quibus iniuria fieri poteſt
ſed ipſi iniuriam aliis facere non poſſunt quia racione
carent Iniuria fit tribus modis Verbis litteris facto
Verbis Verbis fit convicio vituperio contumelia blaſphemia aliquius qs
Literis defamacione Literis fit cum infamacione alicuius vt car
cartam vel libellum famoſum conſcribit ſcribit vel car
men edit promit cantat de qua ſecundum leges:

Agi potest criminaliter ad penam capitis contra eum
qui confecit et contra eum qui invenit et nulli revelavit
inventum nec corripuit nec cohibuisset potest etiam pro eo agi
civiliter ad penam pecuniariam. Factis fit iniuria ut — factis
ut percussione pugnis baculis fustibus ceteris ar-
mis ceterisque lesionibus. Iniuriarum actio datur passo
iniuriam. Patitur autem quis iniuriam in seipso in filio in
uxore et in servo proprio et in libero et in tota sua familia
parentibus quoque vivis et defunctis secundum diversas iniuri-
as diverse exeunt actiones et pene. Fit in seipso ut
quando aliquis vituperatur aut verberatur. In filio fami-
lias non emancipato quia emancipatus sui iuris est et per
se potest agere de iniuriis sibi factis. In uxore quia vir
est caput sue uxoris advocatus et defensor eius et non
econverso nisi post mortem viri tunc potest mulier agere pro
iniuria sibi facta ipse in viro suo in filiis in servis et
in ancillis. Dixi in filia etiam et desponsata nondum co-
pulata viro quia si esset copulata tunc sponsus eius bene
posset agere pro ea. In servo proprio quia ille in potestate
est domini sui non in persona. In servo libero et alieno qui
michi illa die bona fide deservivit. Et in tota mea
familia que est in pane meo. Si autem extra domum
viveret de suo proprio pane tunc per se potest agere. Sic in pa-
rentibus vivis et defunctis quia si aliquis cadaveri-
bus parentum alicuius iniuriam fecerit aut fame eorum
derogaret heres potest agere contra illum. Sed nota quod omnes
iniurie predicte non sunt eedem nec habent easdem penas
quia arcior altera secundum diversitatem personarum et ho-
nestatem dignitatis. Iniustum esset si eadem estimacio foret
iniuriarum de digniori et pociori persona ut de mediocri
et infima. Igitur ex qualitate persone crescit et mi-
nuitur estimacio iniurie et pena ipsius. Pro atroci enim
iniuria maior pena debetur pro leviori minor. Atrox
enim iniuria estimatur ex causis videlicet ex tribus

Ex tribus atrox iniuria constat ex facto persona loco
vel racione ex facto ut si quis fustibus baculis vel
pugnis cesus et graviter lesus fuit. Persona
ut si iudex consul ingressus a vili persona moles-
tarentur aut parentes a filiis clerici a laicis cives
a rusticis et extraneis. Loco ut si fiat alicui iniuria
in pretorio consultorio consistorio vel in loco secreto.
Aliquando eciam locus vulneris atrocem iniuriam
facit. Vocatur eciam atrox iniuria si aliquis patri
familias aut filio familias talem iniuriam facit.
In summa tenendum est quod de omni iniuria potest quis facere
civiliter vel criminaliter et si quidem civiliter agatur in pro
estimacione facta secundum quod dictum est pena pecuniaria iudicis
imponitur. Si vero criminaliter agatur de officio iudicis pena
ordinaria legalis irrogatur. Actio iniuriarum non
solum datur contra eum qui percussit sed eciam contra eum
qui hoc dolo malo fecit aut procuravit ut quis percuteretur.
Durat tamen autem actio iniuriarum in quantum is qui passus
est sub iuramento eam estimaverit. Si tamen passus
iniuriam excederet modum estimacionis tunc iudex potest
et debet eam estimare. Nam secundum dignitatem et vite hones-
tatem crescit et minuitur estimacio iniuriarum. Hec autem
actio famosa id est plena fama ut supra dictum est. Se-
quitur nunc de iniuriis dampno datis. Ca. xliiij

Nunc sequitur de dampno iniuria dato.
iuxta quod nota. Quid sit dampnum. In
quibus fiat. Quis constituitur actor de dampno.
Cui competat hec actio. Quis et quot actiones ex dampno.
Solucio de pena dampni. De speciebus dampni. Dampnum est dimi-
nucio vel ademptio patrimonii. Dampnum fit hominibus
liberis et servis. Fit eciam in bestiis domesticis et feris
bipedibus et quadrupedibus. Fit eciam dampnum in plantis
et herbis in rebus anima carentibus ut in vino oleo fru-
mento. In omnibus quoque rebus animatis et inanimatis

Actio de dampno iniuria dato conſtituit᷑ quando
qs hoiez aut beſtiā alienā cū iniuria occid᷑ vl' mole-
ſtat aut ledit aut res anima carētes corrupit Actio
de dampno cōpetit dnō rei et vſu fructuario et bone
fidei poſſeſſore Actiões tres oriuntur ex dampno in-
iuria dato ſʒ directa vtilis et in fctū Actio directa — Actio Directa
cōpetit paſſo veluti ſi qs corpori meo dāmū fecerit
Actio vtilis datur vt ſi quis hoiez alienū a' pecus — actio Vtilis
incluſerit ita vt fame moreretur a' iumētū talit᷑
fatigauerit aut pupullerit vt rumperetur a' agitauit
ī tantū ut pcipitaretur Aut ſi qs alienū ſeruum
de ponte a' de littore in flumin proiecerit vl' truſerit
ita ut ſubmergeret Aut ſi qs occaſiōz dampni
dederit Aut ſi alieno ſeruo perſuaderit qp ī arbore
vel turrim ſcandat vel in puteū a' fonte deſcendat
et ille ex hͦ cadit et moritur a' aliq parte corpis ledit᷑
hec actio datur ī ſimplū Actio vero in factū dat᷑ — Actio in factum
voluntati ſi qs nec ī corpore ſuo nec alieno leſus fuit
Sed alio mō ſi qs miſericordia motus ſeruū alie-
nū compediciū ſoluit ut fugeret h' actione ī factū
tenet᷑ Et nota quāuis vtilis actio in ſimplū dat᷑
tamen nō fit eſtimatio tm̄ illi' ſimpli ſʒ etiā cōputa᷑
res vtilitates extranſece et intranſece pñtes et fu-
ture huic corpori adherentes veluti ſi qs vaccā alteri'
occiderit vel ſue ibi fit eſtimatio nō ſolū vacce vl' ſtro-
phe ſʒ cōputantur etiā vituli et porcelli ex hys pro-
venientes Computant᷑ etiā oīa que re faciunt pre-
cioſiorem vt ī eqͦ ſi ē gradarius vel curſarius vel
bene trahens Similiter de boue bene trahēte hec
oīa cōputant᷑ qz faciunt rez pcioſorez Si qs vō alie-
naz vaccā vel aliud aīal ſcienter ī domo ſua ſuauit
ſcienter vltra diem vel noctem furtum in eo comitt᷑
ſine corium fructu vſu fuit ſine nō a' eū expellet aut
iudici pñtet Sequit᷑ de penis dampni · Ca · xl · q̄rtū

Pena damni multiplex est. Si quis occidit ho
minem liberum ille debet occidi ut in veteri
lege preceptum est. Collum pro collo oculum
pro oculo dentem pro dente. Nam liberum corpus
nullam habet estimationem pecuniariam vel usus.
Non enim pro toto libertas venditur auro. Corpus li
berum non est venale ergo nulla pecunia persolui potest.
In nova tamen lege iiii et grossus pro homine iudicatur
libero occiso qd si in facto homicidii non deprehenditur
et vult delictum emendare et penitere coram deo et coram
hoc mundo pro omni suo posse tunc placitatur cum parte sibi
adversa pro pace et gratia sibi impetranda. Et si pars
adversa nullum placitum concordare vult acceptare nec
penam super tali lesione statutam vult recipere sed cotidie
remittit tunc iudex accipiat hoc statutum et sub testimonio
proborum duorum virorum offerat leso qui si non receperit
tunc iudex illos in usus suos redigit et pronunciet
occisorem vel lesorem ab illo delicto liberum et solutum
sua emenda ptis recepta. Et hoc ideo fit qa non est
peccatum ita magnum si contritus fuit de peccatis et vult pe
nitere et emendare deus recipit eum in suam gratiam et
omnia illi peccata condonat et dimittit. Si quis autem ser
vum proximi alicuius occidit iste dampnetur domino servi
pro tanto quanto valuit eo tempore quo est occisus.
Si quis voluntarie bestiam alterius occidit soluat eam domino
suo quanto valuerit eo mense sed non computatur utilita
tes que existit temporibus ex corporibus potuisset evenisse.
Si quis autem fecerit dampnum in arboribus fructiferis in
extirpando desecando aut in plantis effodiendo in
herbis extrahendo aut evellendo soluat ea estimatione
vicinorum. Si quis autem facit dampnum in rebus inanimatis cor
ruptis vino oleo etiam si in hiis aliquid miscuerit quo
naturalis bonitas corrumpatur soluat ea estimatione
proborum virorum secundum quod plus valuerit ipso mense

Si animal tenetur solvere quanto plus valuit eo anno
Sed quid si ex parte boum equorum vel mulorum unum
occisum fuerit dico quod non solum fit occisi estimacio sed
eo amplius illud computatur quanto minoris precy
sunt que super sunt Et quia laborem solitum perficere non
possunt que prius consueverunt Si quis canem mordentem
vulnerat in anteriori eius parte vel eciam occidit in nullo
tenetur quia hoc facit defendendo Si autem ipsum fugientem
insequendo offendit tenetur de dampno Et nota quod dampnum
non solum fit in corporibus rerum eciam in partibus et in
menbris corporum sicut vulneracione mutillacione ocu-
lorum erucione articulorum vel nasus aut oris incisione
dencium excissione manuum vel pedum amputacione Ac
ossium et cervicum fraccione Et eciam si ista mebra fuerint
scissa fracta collisa aut quovis modo destituta seu dest-
ructa et deteriorata Nota quod eciam dampnum non
solum fit facto sed eciam ex dolo veluti si quis procuravit
dampnum fieri quamvis per se non fecit Et fit eciam dampnum
ex culpa veluti Si quis foveam vel cisternam fodit in
loco publico ubi solitum est homines et iumenta ire
et versari Si animal alicuius cadit in ea et moritur vel
leditur solvere tenetur Eciam si quis corpus suum ledit vel
menbra sua offendit de dampno dato punitur ve-
luti si quis sibimet digitum abscecat illius alius digitus
rescindatur vel remmanat cum a iudice melius provenit per

Sequitur de dampno a curis alys dato Ca xlv

De dampno a curis alys dato vel facto est
supra visum quid iuris sit si aliquis facit
dampnum homini libero aut servo alieno aut
vestis aut rebus inanimatis Nunc videndum est si filius
familias aut servus tuus aut pecus tuum facit dampnum
alteri Primo enim quod fiat actio de tali dampno quibus
sunt constitute tres actiones Una indicat de ipsis
Si filius familias vel servus tuus tibi rem noxia fecerit
nulla exit inter vos actio Si autem servus tuus alium rem noxia fecerit

Ut furtum vel rapinam aut dampnum dederit vel iniuriam ir-
rogaverit tecum fit actio quamdiu servus fuerit tuus in
tua potestate. Habes autem liberam potestatem ante litis contes-
tacionem hunc sufferre aut pro noxa dare et si dederis tunc a
tali actione liberaris. Esset iniustum nequiciam servorum
ultra corpora eorum dominis suis esse dampnosam. Sunt autem
noxiales actiones a pretore constitute. Si dedisti servum
pro noxa tunc tecum fit actio. Et si dampnum non habet resarcire
tunc iudicat de eo prout mos est. Si filiusfamilias vel
filiafamilias alicui noxam fecerint dari pro noxia
non poterunt a patre quia ex tali dacione et corporum eorum
afflictione parentes magis afficerentur pena quam filii
et maxime in filiabus propter impudiciciam. Possunt tamen
filiifamilias pubera pro suis delictis per se convenire et
dampna eorum peculio resartire. Animalia irracionabi-
lia si bestialia sint aut forte hostili dampnum faciunt ac-
cio noxialis est prodita. Si talia animalia noxie dantur
tunc proficiunt dominis eorum ad liberacionem ut puta si equus
calcitrosus calce percusserit aliquem vel dentibus momor-
derit aut bos cornupeta cornupeta solutus hominem
leserit. Hec autem in animalibus mansuetis et domesticis. In
feris autem et bestiis non domitis cessat quia hec sunt ani-
malia crudelia a natura. Licet etiam talia animalia iniuriam
facere possunt quia racione carent. Et si dampnum faciunt aliter
tamen aliter tamen agitur cum feris bestiis et aliter cum man-
suetis. Si enim mansueta animalia dampnum faciunt dominus eorum
tenetur in simplum. Si fera tunc in duplum. Et hoc ideo quia fera
animalia ut lupi ursi apri leones verres symee canes
mordaces et cetera indomita prohibita sunt teneri ubi vulgo
iter est. Et ergo si contra hoc factum fuerit et nocitum solvat
in duplum vel secundum quod iudici equum videbitur. De

De Proscripcione. Proscripcionis Capitulum xl. Sextum

Quia frequenter convictus
de crimine proscribitur. Ideo subiungitur hic

Rubrica de proscripcōe Circa h̄ nota q̄ sit proscrip
cio Quot eius spēs Quis posset proscribere et
proscriptū demonstrare vel denunciare Per q̄ v̄ba
q̄s proscribitur Quō quis veniat de proscripcione
Quid sit faciendū cū bonis proscriptorū de primo
proscripto in iure seculari idem ē q̄ excomunicatio
in iure spirituali vel bannus proscripcionis tres sunt
species alia perpetua alia temporalis alia neutra
proscribere et proscriptū denunciare pt iudex habens
auctoritatē et bannū a superiori traditum Proscribit
autē iudex per hec verba Iudex surgit in prethorio et
dicit expresse Ego denūcio .a. vel .b. in proscripcione pe
mortē huius et interdico eū omnibus amicis suis et lic
cum omnibus amicis suis etc Si quis super h̄ servaverit cū
hoc faciet super ius suū Proscribitur autē q̄s propter
contumaciam quando accusatur pro homicidio vulnere a
alio crimine et trina vice citatus nō vult coram iudice
comparere Et proscribitur De proscripcione pt venire sic duobus
modis Primo si post proscripcionē ad iudiciū venerit nō
coactus et sine omī pacto cum iudice sede et iurat se cita
cionē seu vocacionem ad iudicium ignorasse Aut itaque p
scripcione statim ultra nō coactus se in iudicio pntasse et
velle assistere iudicio proquacūque causa actoribus res
ponsuris tūc iudex eū a proscripcione absolvit ut tribus
placitis ibi coram iudicio compareat et tūc de eo sicut nō
proscripto iudicatur Secundo poterit poterit q̄s venire
ex proscripcione hoc modo Si aliquis offenderet quepiā
quacumque offensiōe et lesione et vult penitere et statutu
pene exhibere penā sibi impositam pati coram deo et mun
do pro omī posse suo sive in rebus sive in persona
quo ad deum et leso satisfacere et h̄ actor frivole
contradicat tūc iudex recipiat illud statutū iuris
et actori leso offerrat cū testibus duobus vl' pluribus
Quod si recipere recusat tūc iudex illud conservat in

formula Proscriptionis

Quos vſus connectat et offenſum propter contumaciam
et ſeviolenciam proſcribat et ſi poſtea deprehendit
manus ſibi amputet aut triginta libras iudici per-
ſoluat Si vero proſcriptus eſt fugitiuus tunc iudex de
omnibus rebus ſuis recipiat triginta talenta pro ſua
emenda et non plus reliqua vero bona maneant in
poteſtate vxoris et puerorum eius Si tamen quis tenetur
creditoribus inde perſoluat Si vero neque vxorem neque eciam
filios relinquit tunc predicta bona ad illos heredes ſiue
ſucceſſores deuoluat Si ante proſcriptus eſt exul et nullum
habeat ſucceſſorem tunc hec bona ad manus conſilium
cum bona conſciencia recipiant que illeſa et non diminuta
per vnum integrum annum conſeruant Et ſi poſtea credi-
tores neque eciam heredes comparuerint tunc medietas
pro ſalute anime illius detur et alia medietas vtilitati
communitatis applicetur Si aliquis accuſetur quod proſcrip-
tum hoſpitauit vel in domo ſua eum ſeruaverit ille ſe ſuo
proprio iuramento expurget et ſit liber Si vero proſcriptus
in domo aut manſione alicuius deprehenſus fuerit tunc
de eo prout iuſtum fuerit iudicet Conſeruans autem eum
dabit iudici decem talenta aut manus eidem amputetur
Nota proſcriptus in vna Ciuitate pro aliquo delicto non
poteſt proſcribi in alia pro eodem delicto ſecundum ius commune ſed
ſecundum ius principum in prouinciis ſuo imperio ſubiectis
Proſcripcio cum iure communi non vadit extra illud iudicis
diſtrictum quo primo aliquem hominem proſcribit Eſt enim
ſatis grauis pena quia oportet proſcriptum in tali re-
linquere iudicio pueros vxorem et cunctos amicos et omnia
ſua bona

De expurgacione a crimine Capitulum xlviij

Qualiter quis expurget ſe de crimine ſibi
imputato ſeu obiecto Superius viſum eſt
de accuſacionibus et incuſacionibus de cenſibus
de debitis de promiſſis de pactis Sed quia in hiis ad expur-
gacionem frequenter peruenitur Igitur ſubicitur hic

De expurgacionibus auctorum predictorum Iuxta quod notatur
quid sit purgacio. Quot eius species. Per quid fit ex
purgacio. de duplici forma expurgacionis Quis nu
merus expurgandorum. Que pena deficientis in ex
purgacione De premio Expurgacio est de obiecto cri
mine vel inculpacione sue innocentie ostensio Expurga
cionis due sunt species Canonica et vulgaris Canonica
vero legalis est quam canones et leges instituerunt. et
hec fit per iuramentum per fidem per testes. et est a iure
permissa Sed vulgaris expurgacio est quam sibi vulgus
voluntarie per se instituit et adinuenit Hec fit per duellum
per candens ferrum et per aquam bullientem que est
a canonibus prohibita et a iure propter tria. quia sepissime
fit propter invidiam Secundo quia deus ibi temptatur quod fieri
non debet teste sacro ewangelio Tercio plurimum innocentes
sic condampnabantur Et nota quod duplex est expurgacio acti
onis quedam non vadit ad proscripcionem ut est expurgacio pro
debitis pro promissis pro pactis Expurgacio de crimine
secundum ius provinciale talis Si accusatus de furto aut
rapina. aut latrocinio aut quouis alio maleficio. quod
personam habet tangere vel honorem Si citatus seu vocatus
fuerit et venerit ad iudicium non coactus et suam innocenciam
velit ostendere et secum plures exploratores habere non potest
forte nescitur quando vel ubi hec facta esse dicantur tunc
idem solo suo iuramento se expurget. et sit liber a iudice et
ab actore Si vero actor velit excusatum metseptimum proborum
virorum testimonio superare. tunc excusatus boni nominis
se expurget secundum leges et secundum quod lex civitatis fuit instituta
Quod si facere nequiverit et male fame prius fuerit vincit
metseptimus Sed si deprehensus fuerit in evidencia facti in
hanthafftiger tat vel captus in fuga patrati sceleris et co
actus ad iudicium deductus tunc de eo prout iustum est
iudicatur Item si aliquis inculpatus pro homicidio et ipse
hoc vim vi repellendo dicat fecisse. i. innocenter et probet se
cundum quod pax et lex Civitatis est instituta se suo iuramento et cum

Aurs quatuor proborum virorum manibus secum in
iudicio iurando eleuatis sit liber a iudicio et ab actore
Nota quod sub hoc nomine vulnus comprehenditur hic
omnis offensa et lesio corporis que vadit ad proscriptionem
siue sit manuum aut pedum aut digitorum amputatio aut
aliorum membrorum destructio Et quod hec excessus fiant
non expugna et proposito malo et frivole quis dicatur
aliquem vulnerasse manus vel pedes precidisse nasum
vel pedes aut aures amputasse idem cum quandoque sibi
paribus viris probis iuramento se expurget Accusatus
per vulneratum pro vulnere innocens expurget se suo iura-
mento duorum proborum virorum manibus secum in iudicio
eleuatis iurando fit liber a iudice et ab actore Sileta tamen
omnis sanguinis effusio cum armis vadit ad proscriptionem Accu-
satus pro vituperio per mala verba et prohibita que alicui

× Inculpatus pro stupro si debito tempore et vite proclamatus non fuerit se suo solo iuramento expurget et fit liber

dixerit se solo iuramento expurget et fit liber Inculpatus
quod proscriptum hospitauit aut fouerit nuntiando se solo
suo iuramento expurget fit liber Item si res furtiua apud
aliquem deprehenditur et ille dicit se eam rem in publico
foro clara die emisse sed nescit a quo Si iudex velit crede-
re tunc et se suo solo iuramento expurgabit et fit liber Idem
ius est de re furata apud aliquem deposita Si quis citatus
pro quacumque causa ad iudicium et legitima causa precedente
venire non potest se expurget suo nuncio speciali et fit
liber Expurgatio vero pro debitis aut pro promissis# aut de
pactis solo suo iuramento sine dolo falso se expurgabit et
fit liber Expurgandorum numerus pro mortuo sint quinque

talis est Si quis impetitur pro debito et si hec debita sint citra xxx talenta se suo iuramento se expurget et sit liber Impetitus

pro vulnere aut alio membro leso sint tres pro percussione
et alia lesione aut vituperio unus solus propter deficientis
in accusatione In summa notandum est quod de omni occulto
maleficio de quo quis bone fame accusatur et ydoneus est
de illo potest expurgari nisi in maleficio deprehendatur vel
nisi defecerit in expurgatione vel si vocatus ad iudicium
perducatur quia tunc testimonium actoris auditur cum duobus
testibus vincitur Vide de accusatione infamati in glo. et c.

Adducit notabile dictu War. in libro ij° C[odicis] sextrinus vel lib. lib° ix dicens Vt si quis accusavit pure infamatu et defecit in probatione non debet puniri pena talionis vel calupnie quia excusatur propter infamiam precedentem qd' e[st] meti commendandu et facit ad intellectum c. i. de eleci. l. vj° De Penis

ex maleficio ca. xlviij

De Penis ex maleficio debitis certu est quod si accusatus se expurgare no potest in currit in penaz Agitur hic subseqnet de penis e[st] tractandu Iuxta quod nota quid sit pena Quot sunt eius spes penarum Quis penas imponere possit Quibus pene inferantur Pro quo inferantur In quantu inferat[ur] Que pena debeat inferri Cui cedant pene Que excusat a pena Que penā aggravant Que alleviat Que sit considranda in penis infligendis Ultimo ponentur questiones ad hanc materia utiles De Primo Pena e[st] delictoru debit cohercio vel punitio Pene s[e]c[un]d[u]m leges multe sunt. alie i[n] personam alie in rem alie excontumacia Alie exdelicto Pene in rem sunt due s[e]c[un]d[u]m q[uod] sunt due res sc[ilice]t mobilis et immobil[is] Pene i[n] personam sunt multe. q[ui]a sunt multa tormentoru genera ut captivacio intruccacio flagellacio fustiu lesio auriu scissio nasi abscissio occulloru effracio. perdentes crematio. manuu aut pedu amputacio decollacio suspensio rotacio i[n] sacciacio crematio relegacio viua tumulacio Pene excontumacia sunt quatuor Prima missio in possessionem rei i[m]mobilis petite Secunda rei mobil[is] assignacio Tercia debiti obieccio Quarta que debetur indici i[n] contemptu et i[n] obedienciaz iudicio fectaz quia no comparet Pene exdelicto sunt quatuor videlicet exiliu inspicio proscripcio et relega[ci]o[n]em Exalabit sine spe patrie redditus q[uia] rei Inspicius manet in patria sed respoliatur Amittit proscriptus opes non posse revertere Quiqz relegatus sua cu[m] remanebit habebit Sut adhuc pene multe alie exdelicto pter has. quot em[m] sunt delicta tot sunt pene Habet em[m] quodlibet delictu[m] pena[m] speciale[m] Sunt et alie pene multe que ponuntur i[n] rubrica de obligacib[us] exquasicontractu[m]

vel quasi excontractu ut i[n] obligacib[us] exmaleficio d[e] q[ui]b[us] postea specialiter e[st] dicend[um] Penas possunt infligere omnes

*vel q[ua]si exmaleficio

Iudices autentici in iudicio suo in suis subditis iuxta
culpe qualitatem Nichil enim valet Iurisdictio que
coheercione malorum non habet Et Nota quod multiplices
sunt Iudices scilicet ordinarii delegati subdelegati arbitri
et Ciuitatum rectores Nullus tamen potest penam sanguinis
iudicare nisi sibi est commissa auctoritas a superiore
qui habet potestatem hoc faciendi Inferuntur etiam pene
personis et rebus Personis imponuntur simpliciter
et directe Rebus autem odio personarum quia res non
possunt delinquere sed ille qui eas possidet Igitur preteri-
mentis solum quis debet puniri in persona Sed multi hen
istum ordinem peruertunt quia reos pena personali di-
mittunt et res illorum diminuunt vel aufferunt et sic inno-
centes dampnificant qui ad successionem bonorum illorum
secundum leges de iure pertinent pene infliguntur pro
contumacia sed pro delicto inferuntur siue recipiuntur
pene a iure institute per totum quod de ipsis non possunt appel-
lari pene a iudice institute et imposite recipiunt in
parte quia sunt super grauami ymo eciam ab ipsis poterit
appellari si iudex minus extorsisset Pena magis illa
timetur debet inferri siue personalis siue pecuniaria
et si delinquentes pecuniarias non habentes excluere tunc
secundum preceptum summi iudicis dei collum pro collo membrum
pro membro persoluat Pro iudicis autem emenda nec in
corpore nec in membris offendatur aliquis vllo modo Pene
exacte racione contumacie vel racione delicti ille cedunt iudici
Pene vero dampni et iniuriarum cedunt hiis quibus dampna
et iniurie sunt illata Si quis autem fecerit contra ius Ciui-
tatis hee pene cedunt fisco id est communitati Pena vero conuen-
cionalis quam de voluntate arbitri imponunt partibus
et illa potest eciam in toto exigi et recipi vel dimitti Et pena cri-
minali excusant etas violencia absoluta id est coactio iusta igno-
rancia iusta causa extrema necessitate furor ebrietas De-
narum reo aggrauacionem vel alleuiacionem potest quilibet iudex perscru-
tare excepto loco modo persona etate et dignitate in penis
penis

Affligendis siue emendandis multa sunt consideranda
ut sunt etas tempus locus persona causa consuetudo
qualitas quantitas dignitas multitudo persona conditio
persone utriusque digna vel indigna causa et culpa Ut
si iudex a delinquente extorqueret decem talenta cum sibi
vix in lx^ta denarijs teneretur ex culpa propter quietatem
et pacificum statum bonorum et cohercenciam malorum
et non propter aliud Tempus si sacrum vel non locus si con-
secratus vel prethorium vel consultorium Consuetudo
aliorum scilicet iudiciorum et patrie et consilii ciuitatis Qualitas
eciam delicti aliter enim punitur violencia publica quam
priuata aliter cum armis quam sine armis Aliter
qui facit contra principem vel rectores ciuitatis quam
qui facit contra mediocres vel infimos vel viles ribal-
dos Multitudo delinquencium aliter punitur quam
si unus dereliqueret ut patet in sedicione De commu-
tacione pene Capitulum

Queritur utrum
pena personaliter seu quadragesimum nonum
personalis possit commutari in penam pecunia-
riam Dico quod non secundum omnia iura quia unusquisque debet
secundum sua demerita puniri et hec commutacio fit ex cupi-
ditate principum et iudicum ut frequenter Econuerso autem
fit commutacio pene pecuniarie in penam personalem quando delinquens
est ita pauper et inops quod non habet penam pecuniariam exsoluere
Et hoc ideo fit ne delinquens omnino punitus euadet Nullus
tamen ita inops quin ipse habet facere emendas in rebus
aut in persona Queritur utrum una criminalis pena possit
commutari in aliam criminalem penam Dico quod sic ex causa
Nunc causa necessitatis velud si quis debet suspendi et
timor est in eductione quod a suis amicis eriperetur De
ista pena tunc potest declarari Etiam causa honestatis ut si
de honestis parentibus aut amicis meruit penam suspendi
tunc poterit in occulto insaccari Queritur utrum pena
soluta stat adhuc sententia ab arbitris pronunciata Dico quod non
quia solum metu pene statur arbitrio Queritur utrum

Poſſit vnus puniri pro alterius delicto dico q non quia
merci pene ſtatur arbitrio Queritur vtrum vnus poſſit pu-
niri pro alterius delicto Dico q perſonali non quia
filius non portabit iniquitatem patris teſte ſcriptura
diuina Pena vero temporali in rebus bene punitur vnus
pro alio ut filius pro patre. ſeruus pro domino Queritur
vtrum aliquis debeat puniri ſine culpa. dico q ſit aliquando
q quis punitur ſine culpa. ſed tamen non ſine cauſa vt de-
poſitarius punitur quando depoſitum amittit ex ſua negli-
gencia quamuis ipſe nullam culpam habeat in amiſſione
illius depoſiti. tamen quia non adhibuit diligenciam ſeu
diligentem cuſtodiam tenetur ad ſolucionem Queritur vtrum
Iudices vel domini poſſunt de iure recipere emendas a ſubditis
ſuis dico ſi rectam habeant intencionem et emendas licitas
ſecundum legittimas cauſas aut conſuetudines regionis recipiat
debito modo Sed nota illas poſſunt retinere licet dampnum
inciderent quia non pro interceſſo receperunt Sed ut coherce-
antur delicta ymo tales emende non ſunt laxande ſed pocius
ſtringende et cohibende Queritur vtrum aliquis pro vna duas
vel plures penas debeat ſuſtinere Dico q ſic ut patet de vul-
nerante in cimiterio vel in eccleſia et in ſingulis conſimilibus
caſibus vbi iudex recipit ſuam penam pro delicto leſus aliam
pro delicto ſeu pro offenſa in eccleſia terciam pro exceſſu in loco
ſacrato et quia pro pluribus delictis non ſufficiat vna pena
[illegible] Ad factum duplex non ſufficit vltio ſimplex Et nota q
Principalis intencio Iudicis in recipiendis penis et emen-
dis debet eſſe criminis prohibicio Ac pacis et concordie
preceptio Dicit enim beatus Auguſtinus Et Iudex ſiue
puniendo ſiue ignoſcendo emendas recipiat bene facit ſolum
vt vita malorum hominum corrigantur et pax et comodum
bonorum omnium foueatur etc Amen Pro quo ſit deus
benedictus qui eſt glorioſus in ſecula ſeculorum Sequitur

Regeſtrum ſiue tabula Quarti libri de vita
et honeſtate et honeſtate clericorum ſequitur

De immunitate eccleſie ca. primum

Miſſam audeant celebrare **De immunitate eccleſie**
Licet laycis et eccleſiaſticas res ſiue **Ca ſcdm**
perſonas earu͂ omnis auctoritas ſit abſoluta tam
Iure canonico quam ciuili Non nulli tame͂ layci
tendentes in vetitu͂ immunitates earum diuerſis
conationis infringere molliuntur· Nos ſup hys
volentes eoru͂ reſponſum reprimere au͂cte hyus ſacri concily ſb
obteſtatione diuini Iudicy et malediccionis eterne diſtrictius
inhibemus ne decetero i͂ huiuſmodi manus temerarias preſumat
extendere qd nec aliquis fugientem ad eccliaz quodcumqz male
ficiu͂ graue co͂miſerit Iudex ſeu alius quiuis quamcumqz
ſecularem· digtate͂ obtinens ſeu ptatem exercens de eccleſia
violenter preſumat extrahere immunitate͂ eccleſie taliter
violando ſz potius ad iuſticiaz eccleſie rector ad quam fugit
vitam conſeruet corpore et menbris ſaluis et illeſis et ipſum
pecuniaria vel alia diſciplina puniat minori niſi malefctor
ad eccliaz fugiens publicus latro aut nocturnus fur aut
predo aut in ipa͂ ecclia vel eius cimiterio homicidiu͂ vel et
membroru͂ mutillacionis truncatione ſuper immunitate
perpetrauerit Tales enim no͂ ſunt digni ab ecclia tueri ſed cui
libet immunitatis priuilegio ſunt indigni **De perſonis**
Nullus ſub excommunica **eccliaſticis Capłm ter**
cionis pena in aliaz ſeu de alia eccleſia **cium**
municionem ſeu fortalicu͂ preſumat erigere
vel facere· aut ipius cimiterium pro regis firmitas
foſſatis quibuſlibet vallara Nullus laicorum quemcumqz
deferentem habitu͂ clericalem cu͂ corona ſine demandacone
eccleſiaſtici iudicis captiuare preſumat quod ſi fecerit exco
municacois pena͂ incidit ipo facto de qua eu͂ ſolus papa abſol
abſoluere pt Nichilominus in eius obprobriu͂ clerus Ciuitatis
ville opidi Caſtri ſeu parrochie in qbus clericus captus eſt ſeu
tenetur captiuus eo ipo alio no͂ expectato mandato ceſſionez
faciet a diuinis donec ad dioceſanu͂ aeius noticia id deferat
ſine mora vel aliter liberet Nec aliqs amicoru͂ vel con
ſanguineoru͂ clerici taliter captiuati pro ipſius liberacione

Sub excommunicacionis pena aliquid debet dare vt solue(re)
vel de soluendo imponere caucionem. Verumtamen si cleri-
cus vagabundus in furti vel alio maleficio deprehenditur
et habeatur de fuga suspectus tunc ex hac nostra liberali licen(cia)
et generali quam partibus impartimur secularis potestas
sub testimonio tamen clericorum si comode poterit haberi vel
alio fide digno malefactorem huiusmodi potest captiuare. Et cum
quam primum poterit ecclesiastico iudici presentare debet. Iuxta
tradiciones sacrorum canonum aut quemcumque clericum pro clerico se
gerentem occiderit aut mutillauerit preter alias diuersas
penas iuris omnibus feodis si que ab ecclesia tenuerit sit eo iure
priuatus et ad ecclesiam in qua libere tenuit reuertatur. Quis pre-
nominatus si quid in vna vel eciam in pluribus ecclesiis habu-
vit hoc ipso facto perdit et ad diocesanum episcopum deuoluatur et filii
eius et nepotes vsque ad quartum gradum per masculinam lineam
descendentes ad ordines seu ad quodcumque beneficium ecclesiasticum
nullatenus admittuntur. Illi autem qui omnem maliciam hominum
superantes Archiepiscopum vel episcopum fuerint hostiliter insecuti vel
eorum aliquem percusserint ceperint vel occiderint seu ipsis molesti-
tibus ad hoc prestiterit auxilium consilium vel fauorem et ipsos de-
fendentes vel supra vna cum ipsis sibi ad hoc cooperantibus quolibet
ipso facto penas incidunt a iure statutas. Et cum aliquis nobilis
iusticiarius siue laicus quicumque captiuauerit aliquem clericum
pro clerico se gerentem depredatus fuerit aliquibus ecclesie capella-
in castrorum huiusmodi et plebanum locorum in quibus clericus tenetur
captiuus aut preda seruatur quam primum hoc sciuerit non expectato
super hoc superioris aliquo mandato a celebracione abstineat
mox diuinorum sub pena excommunicacionis quam facientes contrarium
incidere volumus eo iure

De foro competenti Ca. quintum

Quia tam ecclesiasticus quam secularis ordo confunditur
cum vnicuique sua iurisdiccio non seruatur hinc est quod spi-
ritualia et secularia iudicia ex conuenit permixtum
Quare omnibus ecclesiasticis iudicibus districte inhibemus ne lai-
cos ad instanciam quorumcumque vel laicorum pro causis [illegible]
libus ad suum Consistorium citari faciant a cognicione causarum [illegible]

Se aliquatenus intromittant nisi forte miserabiliū persona⁊
vel in defectu iudices seculares Et econtrario iudices seculares
clericos pro quibuscumq(ue) causis criminalibus vel ciuilibus nec
etiā laicos super possessionibus ecclesiarū quocumq(ue) titulo eas possi-
deant ad suum iudicium faciant reuocare vel eos audeant iudicare
tam clericus quā secularis iudex metas sue p(otes)tatis excedens excomunica-
tionis sententia innodetur et actor clericus qui reū indebite cora(m)
non suo iudice fatigauerit in expens(is) condempnetur et super eadem
causa nullatenus de cetero audiatur **De Cohabitatione clericorum et mulier(um) Ca. viii.**

Quamuis forni-
cationis crimen inter cetera crimina sit detestabilius
in p(re)sbiteris nepote Quia inter ceteras virtutes princi-
paliter carnis continenciam profitentur, Multi tamē
clerici salutis immemores, non solū temptacionibus preuenti, aut
micti, desideria carnis proficiunt, sed etiā temptacionibus premunt
dū frustra temptantur in domibus p(ro)priis vel vicinis paratas ad
malū fornicarias enutriunt mulieres, Ne igitur crimen eorū
per tolleranciam videamur approbare, Omnes de cetero clericos
qui in domibus suis suspectas mulieres et extra domū in sua procu-
ratione publice detinent concubinas, Si sint beneficiati b(e)n(e)ficiis
suis priuamus, et si nō habent beneficia ab execucione ordinum a
suis superioribus, decernimus suspendendos, quos demū mali-
cia eorū exigente Epi eorū superiores carceris penis affitiant
vel de suis diocesibus deiicient et expellent, Si nec curauerit
vitā suā emendare, Archidiaconus autē locorū, qui clericos
suū archidiaconatus et populum qui vicinos suos socios hac labe
respersos sic scienter tollerat, quasi ex concubinatu p(ro)prio vo-
lumus condempnari, Et licet clericus per fornicacionis crimen
vel alio mortali p(e)cc(at)o quo ad se ipm suspensus sit, non tamē debet
ab aliis in diuinis officiis euitari Nisi crimen ipm sit noto- coarctari
rium per sententiā iudicis seu cōfessionē factā in iure aut euidentia aut
rei que tergiuersacione aliqua celari nō p(otes)t, Notorium etiā con-
cubinatu(m) dicimus per canones ab officio nō dū quo ad se ipm
sed etiā quo ad alios suspensum qua suspensione sic durante
Si diuinis se ingerit sicut prius irregularitatem incidit

Seu invenerit aqua nisi per suum pontificem poterit liberari

De Testamentis Capitulum sextum

Preterea statuta locorum que habent quod nullus ultra certam summam ecclesiis vel clericis donare seu legare audeat in ultima voluntate irrita iudicamus cum iniquitatem obtineant et testamenti perimat libertatem Conditores vero huiusmodi statutorum ac eisdem utentes coarceantur canonica disciplina Insuper ordinarii invigilent circa executores testamentorum et ultimarum voluntatum et contra illos qui eos impediunt quovismodo ut ipse voluntates extreme infra tempus testatorum arbitrio limitatum mancipetur effectui vel si testator executori terminum non prefixit ipsa executio ultra unius anni spacium nullatenus se intromittant sed prorogetur Executores etiam ultimarum voluntatum de bonis nullatenus se intromittant donec de eisdem fecerint inventarium sub fide dignorum testium personarum

De reedificandis Ecclesiis Capitulum septimum

Quicumque beneficia ecclesiastica obtinent omnes inveniunt ad tecta rescindenda et ecclesias cincidadas Collectores vero elemosinarum pro fabricis ecclesiarum quos quidam vitricos appellant sine omni exceptione maiores de plebe et idem elemosinas fidelium inconsultis ecclesiarum rectoribus non expendant

De consecratione ecclesie vel altaris Capitulum octavum

Si ecclesiam pollui quam sanguinis aut seminis effusione contingat ipsius ecclesie cimiterium si contiguum fuerit eidem censetur esse pollutum et antequam reconcilietur per episcopum in eadem debent divina celebrari vel aliquis sepelliri Item in eadem sub voce et una ecclesia et in uno eodem quod tempore duas missas sub voce celebrari districtius inhibent adicientes quod nullus pro ipsis vel anni unius mortuorum audeat facere septimum tricesimum vel anniversarium

De Simonia Capitulum nonum

De Symonia vero ne aliquid erogetur vel promittatur pro spirituali intuitu pecuniis exigentibus eorum quorundam presbiterorum Simoniaca pravitas depravavit

Quod nec baptismum nec sacram eukaristiam nec penitenciam nec
extreme unctionis sacramentum nec benediccionem nubencium aut
exequias aut sepulturas mortuorum sive alia quecumque spiritua-
lia voluerit subditis ministrare nisi pro huiusmodi ministracione
detur eis vel promittatur precium pro sue turpitudinis excusaci-
one ymo verius accusacione diuturnam consuetudinem prece-
dentes. Nos igitur cunctam perversam venalitatem symoniace
pravitatis ne per impunitatem vendencium videatur nostris
temporibus approbari condempnamus et huius sacri approbacione
consilii aut concilii duximus statuendum. Ut singula predicta
sacramenta et res sacre non obstante quacumque consuetudine in
contrarium que pocius censenda est corruptela sine exaccione cu-
iuscumque temporalis emolumenti libere conferantur. Et quicumque de cetero
premissorum vel expredictis venditor fuerit deprehensus si est ecclesie
pastor ipso privetur. Si vero vicarius seu socius rector fuerit ad
episcopales carceres et ibidem perpetuam penitenciam agat detrudatur.
Veruntamen si laici nolent racionabiles et approbatas ecclesiarum
consuetudines observare. Hii non per ipsos presbiteros cum in propria
causa esse nequeant iudices. Sed per episcopum seu eius officialem debent
senteciare de plano et de hac veritate cognita ad earundem obser-
vacionem per censuram ecclesiasticam compellantur. Preterea archi-
diaconi locorum seu decani rurales si pro sacris liberibus cris-
mate vel oleo per se vel per alios presumpserit aliquid extorquere
suis beneficiis perpetuo spolientur. De usuris capitulum
decimum

Usurariorum pravitatem que plerumque
mercatorum famam minuat dum sub mercacionis velamine
diversis adinventis fraudibus plus sceni contrahentes
dampnificat quoniam illos qui nullo quesito colore
directe mutuat ad usuras detegere cupientes. Et ne in huiusmodi igno-
rancia simulacionem circa hanc possint pretendere et sic suos errores
frivolis racionibus excusare declaramus et dicimus quod cum usura
tantum committatur in mutuo. Mutuum autem tantum in hiis rebus con-
sistit que determinatur numero pondere et mensura et non solum hiis qui
expresse rem huiusmodi expacto vel principaliter ea spe si mutuat ut ali-
quid emolimentum temporale ultra sortem recipiat sed etiam qui-

Quantumcumque sit paruum siue fructus siue prouentus rei
pignorate in sortem non computat usurarius est censendus
Sed ille qui mercem quamcumque vendicionis tempore que
communi estimacione minus valet quam tunc venditus erat
carius vendit solucionis precium differens et qui soluit statim
minus precium empte rei pro maiore quam tunc valet licet causa
rei tradicione dilata ad terminum in quo constat ipam rem plus
valere usurarii sunt censendi et qui esse probare possint ad no-
ciam diocesani vel ipsorum officialium deferantur ut per eccle-
censuram ad restitucionem usure ipsi vel eorum heredes districtione
canonica compellantur Confessores autem in foro anime tales
ad restitucionem inducunt efficaciter si suarum animarum cupiunt
dampnacionem euitare Sane si quis in illum errorem inciderit
ut pertinaciter presumat affirmare usuras exercere non esse
peccatum ille velut hereticus dampnetur Precipue autem ple-
banus locorum vel ille qui habet potestatem prestandi salutis semel
singulis septimanis aut mensibus statutum presens exponat vul-
gariter ac eos salutaribus inducat monitis ut abstineant
a fraudibus et criminibus usurarii et innotescat omnibus et in
remedium animarum suarum iniungat ut ipsi in nostro seu suffrag-
orum nostrorum consistorio aliquo de predictis modis repetantur et
